HENRICI STEPHANI ANNOTATIONES IN SOPHOCLEM & EURIPIDEM:...

Sophocles, Euripides

Digitized by Google

HENRICI STEPHANI annotationes in Sophoclem & Euripidem:

Quibus variæ lectiones examinãtur, & pro mendoſis emendatæ ſubſtituuntur.

EIVSDEM Tractatus de orthographia quorundam vocabulorum Sophocli cum cæteris tragicis communium.

EIVSDEM Diſſertatio de Sophoclea imitatione Homeri.



BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872
BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

ANNO M. D. LXVIII.

EIVSDEM HENRICI STEPHANI diſtichõ de his ſuis annotationibus,

Spuria germanis primum eſt dignoſcere verba,
Germana eſt tibi mens elicienda dehinc.

14.

Digitized by Google

Digitized by Google

HENRICVS STEPHANVS lectori φιλοσοφοκλεῖ S. P. D.

NVllam me vnquam ſcriptionē tam inuitũ ſuſcepiſſe memini quàm iſtã annotationum in Sophoclē. Quæ autē ab ea me deterrebãt, hæc erãt: primùm quòd omnes varias lectiones in iis examinare, & ſuperuacaneũ & nimis lõgũ eſſet: ſin aliquã earum partem omitterē, vererer vt lectori cõſilium meum probare poſſem. Deinde, quòd nulla aut parua ad hãc ſcriptionem alioqui difficillimam adminicula haberem, ſed ſternere me aliis viam, & (quod vulgò aiunt) glaciē frangere oporteret. Poſtremò, quòd nulla tãtum laborē ſolatura eſſet voluptas, ſed in ſalebris, id eſt ſalebroſis ſpinoſiſque quæſtionibus verſaturus eſſem. At his omnibus obicibus potentius tandem extitit eóſque perrupit hæreditarium quoddam fideliter munere meo fungēdi ſtudiũ. Quum enim in locos nõnullos incidiſſem in quibus Turnebi editionem nō bene ſequutus mihi videbar, de illis ſaltem non poſſe me ſine piaculo lectorē celare exiſtimaui. Sumpto autem ſemel in manũ calamo, vlterius etiam pergere in animum induxi, plúſque adeo quàm ſperaſſem, à meìpſo impetraui.

Verumenimuero illius meæ cunctationis pœnas dedi: quia quũ cunctando magnam temporis partem exemiſſem quæ operi illi debebatur, iniquo me tãdẽ ſpatio incluſum ſenſi. quippe quum editio Sophoclis annotationes has, futuras ſibi comites, diem ex die expectaret. Sed tamẽ & aduerſus has tẽporis anguſtias luctãs, latè etiã alicubi excurri.

Quod autẽ ad magnum illum variarum lectionum numerum attinet, hanc ego rationem inii, vt apertè mendoſas ineptáſque & abſurdas omittens, iis contentus eſſem quas Turnebus partim margini partim calci ſuæ editionis adſcripſerat, ex Tricliniano exempl. (vt opinor) ſumptas. Quàm autem neceſſarius hic fuerit labor, legẽdis quibuſdã harũ annotationũ locis cognoſces.

Venio ad illa quæ in mea epiſtola edit. Soph. præfixa adiecturũ me promiſi. Scito igitur quaſdã edit. quæ Turnebicã & meã præceſſerunt, argumẽtũ Aiacis ita claudere,

Παρίστησι δὲ ὁ λόγος τῆς ῥαψῳδίας ὅτι ὑπὸ ὀργῆς καὶ φιλονεικίας οἱ ἄνθρωποι ἥκοιεν ἐπὶ τὰ τοιαῦτα νοσήματα. ὥσπερ ὁ Αἴας προσδοκήσας ἐγκρατὴς εἶναι τῶν ὅπλων καὶ ἀποτυχὼν, ἐγχειρεῖ ἑαυτὸν ἀνελεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται νῖκαι οὐκ εἰσὶν ἐπωφελεῖς οὐδὲ τοῖς δοκοῦσι νενικηκέναι. ὅρα γὰρ καὶ παρ' Ὁμήρῳ τὰ περὶ τῆς ἥττης τοῦ Αἴαντος πάνυ διὰ βραχέων καὶ περιπαθῶς, Οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο Νόσφιν ἀφεστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα τευχέων. εἶτα αὐτοῦ ἄκουε τοῦ κεκρατηκότος, Ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ. οὐκ ἐλυσιτέλησεν ἄρα αὐτῷ ἡ νίκη, τοιούτου ἀνδρὸς διὰ τὴν ἧτταν ἀποθανόντος.

Digitized by Google

HENRICI STEPHANI TRACTATVS DE ORTHOgraphia quorũdam vocabulorum Sophocli cum cæteris tragicis communium.

QVONIAM non magni referre videtur quem ordinem in hoc tractatu teneam, dummodo ſingula ſuas ad claſſes reducã, primo loco de orthographia eorum vocabulorũ agã quæ cum articulo per craſin coaleſcũt: incipiámq; à τὰ κεῖνα, quod habet primæ tragœdiæ pag. 1. & cuius in meis etiam annot. mẽtionẽ feci. Ibi enim dixi mirari non debere lectorem, meam editionem, ſicut & Turnebicam, hîc à cæteris diſſentire, alibi contrà illis aſſentiri in τἀκείνου. ſcribendum enim eſſe τἀκείνου quum prima ſyllaba produci debet, at τὰ κείνου quũ corripienda eſt: vnde manifeſtum eſſe, perperam ibi legi in cæteris illis editionibus τἀκείνου, quum lex verſus flagitet vt prima ſyllaba corripiatur. Cõtrà verò in quodam paginæ 138 verſu rectè τὰ κείνων eaſdem illas editiones habere, in hoc videlicet, Καλῶς τὰ κείνων πάντα, καὶ τὰ μὴ καλῶς.

Illis ego nunc addo, τἀπὸ itidẽ alicubi rectè ſcribi, id eſt facta itidem craſi: contrà alicubi perperã τὰ 'π'. nam τἀπὸ ſcribi debet, ſiue ſit pro τὸ ἀπὸ, ſiue pro τὰ ἀπὸ, vt produci prior ſyllaba poſſit. Rectè igitur pag. 75 ſcriptum eſſe dico, Καὶ μῶν γε Τεύκρῳ τἀπὸ τοῦδ' ἀγγέλλομαι: contrà malè pag. 142, τὰ 'π', in hoc verſu, Καὶ δὴ τελεῖται τὰ 'π' ἐμοῦ. qui enim ita ſcribit, craſin non facit. at ſine hac corripitur τὰ, quo correpto ſtare verſus nequit. Repono igitur & ibi

Digitized by Google

τἀπ' quanuis in altera ſcriptura conſentiat cum mea editione non ſolùm Turnebica,ſed & Aldina, Florentina,Germanica,Colinæica. Commiſſus eſt autem in eadem voce error hoc in verſu quem citat Plut.in lib.De diſcernendo amico ab adulatore, Φόβον παρελθὼν τ' ἀπὸ καρδίας ἐρεῖ. neque enim τ' ſcribendum eſt tanquam pro τε, vt iungatur cum illo participio, ſed cum ἀπὸ per craſin coaleſcere debet pro τἀπό. vt ſit τἀπὸ καρδίας pro τὰ ἀπὸ καρδίας, quum in altera lectione verſus non ſtet, nec commodus ex ea ſenſus eliciatur. Similis eſt craſis in τἀμὰ, vt pag.142, Στόμια δέχῃ ταῦτα τἀμά. vbi ſi ſcripſeris τὰ 'μὰ, non ſtabit verſus.

At verò articulus eiuſdem generis, id eſt neutrius,ſed numeri ſing. videlicet τὸ, interdum quidẽ eodem prorſus coaleſcit modo quo τὰ,(nam vt dicitur τἀληθῆ pro τὰ ἀληθῆ, ſic τἀληθὲς pro τὸ ἀληθὲς)iti démque τἄπορον apud Sophoclẽ pro τὸ ἄπορον, vt τἄπορα pro τὰ ἄπορα:& ταὐτὸ pro τὸ αὐτὸ, ac ταὐτὰ pro τὰ αὐτά.(quæ etiam ſcribuntur cum apoſtrophi nota ταὔτὸ & ταὔτά: ſed Euſtathio altera ſcriptura magis videtur placuiſſe) Interdum autem paulo aliter, vt quum dicunt Attici θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον. At θἀλόπεδον peculiarem quandam craſin habet: ſicut & θάτερος magis etiam peculiarem. nam θάτερος pro ὁ ἄτερος, ex τὸς & ἄτερος factum putatur, ex τὸς inquam articulo Dorico nominatiui caſus, inuſitato quidẽ ipſo, ſed ex quo vſitati ſint obliqui τοῦ, τῷ, τόν: & in plurali, τοί, τῶν, τοῖς, τούς. vt videlicet ex illo τὸς abiecto ς fiat τὸ, deinde ex τὸ ἄτερος, per ſynalœphen & mutationem tenuis in aſpiratam, θάτερος. Itidem verò θατέρα ex τὸ ἑτέρα factum tradiderunt veteres quidam grammatici: at verò ἄτερος, vel ex ἕτερος, mutato Doricè ε in α, vel ex ὁ ἕτερος per craſin ortum habere creditur, quod & magis probo. Hinc autem

manifeſtum eſt mendoſam eſſe eam ſcripturã quæ in θάτερος & reliquis ab eo declinatis ſubſcribit ι literæ α.

Sed vt ad τὸ redeam, nonnunquam etiam cum alia voce coaleſcẽdo, primã eius literam immutat, vt quum dicitur τοὐπτανεῖον pro τὸ ὀπτανεῖον. pro quo τοὐπλανεῖον malè in quodam Plutarchi loco ſcriptũ eſt τοῦ πλανεῖον. Scio autem inueniri & alias nonnullas mutationes, quarum exempla mihi in præſentia non ſuccurrunt.

At verò articulus ὁ frequenter vocalem illam accipit: vt videre eſt apud Sophoclem in οὑκφύσας, pro ὁ ἐκφύσας, & οὑπαρήξων pro ὁ ἐπαρήξων, & οὑπιβρόντητος pro ὁ ἐπιβρόντητος: & οὑδυσσεὺς pro ὁ Ὀδυσσεύς, & οὑξ Ἀθηνῶν pro ὁ ἐξ Ἀθηνῶν. In quorũ numerũ referendum eſt & οὑπιτυχὼν, quo vſus eſt Theognis, pro ὁ ἐπιτυχών. Eſt autem huius generis, ſed in ſoluta oratione etiã vſitatũ, οὑμὸς pro ὁ ἐμός. Sed hoc ſciẽdum eſt, quod ad ſcripturam attinet, triplicem etiam inueniri. nam οὑμὸς quidam codices, alii οὐμός, multi verò οὑμὸς habent. Ex quibus ſcripturis ſecundam planè reiicio, quæ videlicet tenuem ſpiritum habet: primam autem tertiæ antepono, quòd nón magis neceſſe videatur vtroque ſpiritu illam vocem notare quàm præcedentes illas, οὑχφύσας, & οὑπαρήξων &c. Scio tamen inueniri itidem illud οὑπιτυχὼν cum vtroque ſpiritu. Ac certè οὑμὸς ſimiliter ſcribere nec ipſe recuſarim, imò etiã malim, dũmodo nõ ſolùm οὑπιτυχὼν, ſed & cæteræ voces vtrũque & ipſæ ſpiritum accipiant. Quartæ porro ſcripturæ videlicet οὐ 'μὸς, nullam mentionem feci, quòd mendoſam eſſe ex præcedentibus exemplis pateat.

Digitized by Google

Articulus neutrius gen. ὃ eadem craſi cum ſequente coaleſcit voce, vt vides in οὑπόϑῃς pro ὃ ἐπόϑῃς initio Electræ, & in οὑ'φοβεῖτο, in Œdipo tyrāno, p.182. Quæ tamen ego hîc ſcribo non vt ibi ſcripta ſunt, ſed vt ſcribenda eſſe puto. Minimè enim inter ſe conſentiunt vulgatæ editiones de horū ſcriptura: quum Aldina, Florentina, Colinæica, habeāt οὗ πόϑῃς, & οὗ 'φοβεῖτο, (ſed Florentina omiſit hîc apoſtrophi notam) at Turnebica ὁὐπόϑεις & ὁὐφοβεῖτο, vt & debere ſcribi aio. conueniet enim hæc ſcriptura cum ea quam habere dixi ὁὐμὸς in multis exemplaribus: accentus autem meritò additus fuerit, quia vt ὁὐμὸς eſt pro ὁ ἐμὸς, ſic ὁὐπόϑῃς pro ὃ ἐπόϑῃς: itidémque ὁὐφοβεῖτο pro ὃ ἐφοβεῖτο. Memini tamen me paulo antè & alias huius pronominis ὁὐμὸς ſcripturas afferre; ſed addidi, non recuſaturū me ſcribere, imò lubētius etiā ſcripturū ὁὐμὸς, dūmodo & cætera eandem craſin habentia, itidem vtroque ſpiritu notarentur. Hoc ſaltem fatendum eſt, ſcripturam illam ὁὐπόϑῃς & ὁὐφοβεῖτο exēplo illo ὁὐμὸς niti, at alteram illam οὗ 'πόϑῃς & οὗ 'φοβεῖτο, quo exemplo niti dicemus? Sed nec rationi conſentaneam eſſe, hinc apparet, quòd quum per υ ſuppleatur defectus literæ ε, vel potius quum ὃ & ἐ in diphthongum ὁὐ coaleſcant (ſicut & in præcedentibus multis vocabulis præfixum habentibus articulū maſculini generis ὁ) quorſum iterum apoſtrophi nota hunc eundem defectum ſupplere conabimur?

Idem & articulo pluralis numeri οἱ accidit, ſi quidem iis exemplaribus fidem adhibemus quæ pagina 194 οὐ' 'πιχώειοι habent, non οἱ 'πιχώειοι. Sed ad me quod attinet, poſteriorem hanc ſcripturam longè illi antepono, quòd minus aſpe-

rè ſonare videatur: & (quod multo eſt etiam magis animaduerſione dignum) quia craſis illa per υ in cæteris exemplis fit ad producendam ſyllabam alioqui breuem, at in οἱ 'πιχώειοι habeas iam illam ſine craſi productam. Quòd ſi tamen retineri & hîc deberet υ, at certè nequaquam οὔπιχώειοι, ſed οὐπιχώειοι ſcribēdum eſſet. nam quum οἱ præcedit, rectè ſequitur 'πιχώειοι, oſtendente videlicet apoſtropho eliſionem vocalis ε: at quū præcedit οὐ quod neceſſe eſt poni tam pro οἱ quàm pro ἐ prima litera ſequentis vocis, quid attinet hanc eliſionem & elleipſin denuo apoſtrophi nota oſtēdere? qua ratione nitebar & paulo antè. Sed iſtud præterea hîc expēdi à nobis debet, non eſſe neçeſſariā huiuſmodi in locis craſin, (qua de re & in annotationibus admonuiſſe me puto) quū proferendo οἱ ἐπιχώειοι ſine craſi, corripiatur οἱ ob ſequētem vocalem, & ita fiat tribrachys, cui locum in hoc metri genere eſſe cōſtat. Sed hac de re plura dicam & paulo pòſt vbi de apoſtropho agam.

Fœmininus quoque articulus ἡ interdum cum ſequēti voce per craſin coaleſcit, vt quū dicitur ηὐλάβεια, & ηὐγένεια. quorum prius apud Sophoclem, poſterius apud Euripidem in Heraclidis, Τὸ δυστυχὲς γὰρ ηὐγένει' ἀμύνεται Τῆς δυσγενείας μᾶλλον. Sed hîc Aldina editio habet ἡὐγένει', cum vtroque ſpiritu videlicet. quæ ſcriptura conuenit cum ea quam dixi dari vocabulo ὁὐμός. Sed animaduertendum eſt non eſſe υ in illis nominibus aſcititium ex craſi, ſicut in præcedentibus exemplis: quum ſit ſecunda nominum εὐλάβεια & εὐγένεια litera. ideóque de illis plura dicam in apoſtropho, vbi & de ἡ 'ρετὴ, ἡ 'λήθεια, ac ſimilibus.

ITIDEM particula καὶ ſæpe per craſin voci ſequenti velut agglutinatur, idque ex breui ſyllaba

faciendo lōgam: interdum quidē cum mutatione, interdū verò & ſine illa. Cū mutatione, vt χῷ pro καὶ ὁ, & χῷπως pro καὶ ὅπως, itidémque χῷτι pro καὶ ὅτι. quibus ſimile eſt κῳλίγοι pro καὶ ὀλίγοι, & κῳδυνωμένη apud Sophocl. p. 116: ſimile, inquam, quia hîc quoque ο in ω mutatur. At ſequente ε, aut ει, illorū mutatio fit in α. vt κᾀπὶ pro καὶ ἐπί. vnde eſt κᾀπικωκῦσαι pro καὶ ἐπικωκῦσαι apud Soph. p. 116, in fine, Δεινῶς δακρῦσαι κᾀπικωκῦσαι δοκεῖ. Sic κᾀξ pro καὶ ἐξ, & κᾄστι pro καὶ ἔστι. At κᾀγὼ pro καὶ ἐγώ, & κᾀμοὶ pro καὶ ἐμοὶ ſolutæ etiam orationi ſunt in vſu: ſicut κᾆτα pro καὶ εἶτα. Exēpla autem huius (vt ita dicam) agglutinationis per craſin, ſine mutatione vocalis à qua ſequens vocabulum incipit, ſed tantùm cum mutatione quantitatis ſyllabæ, ſunt iſta, κᾀπέδειξαν, κᾀναδεικνύναι, quorum vtrunque apud Soph. habes pag. 142, pro καὶ ἀπέδειξαν & καὶ ἀναδεικνύναι. Sic autem κᾀνακούσωμεν pro καὶ ἀνακούσωμεν, pag. 83. Tale eſt & κᾀθέως pro καὶ ἀθέως pag. 132. Hæc autem quum ita ſint, minimè dubium eſſe poteſt quin peccent ii qui χὠ, & χὤπως, aliáque itidem ſine ι ſubſcripto dant nobis: vt peccant viciſſim qui vocabulo καὐτὸς, vocabulo χᾀρπάσαι illud ſubſcribunt. quum enim χῷ ſit pro καὶ ὁ, quidni ſubſcribetur ι, vt in κᾀπὶ pro καὶ ἐπὶ, & κᾄστι pro καὶ ἔστι, aliiſque multis ſubſcribi videmus? Et viciſſim quum nomini αὐτὸς integro manenti præponitur κ', quid attinet ipſi αὐτὸς illud ι ſubſcribere? niſi fortè & quum dicimus βούλετ' αὐτὸς, aut δέχετ' αὐτὸς, pro βούλεται αὐτὸς, aut δέχεται αὐτὸς, ſexcētáque alia huiuſmodi, velimus & hîc iſti pronomini eandem ſcripturam dare. quod ſanè perridiculum foret. At iungetur κ cum αὐτὸς, reſpondebit aliquis. Sed ego iungi debere nego, quum minimè neceſſe ſit. Idémque de χᾀρπάσαι dico. quid enim in huiuſmodi vocabulis

Digitized by Google

craſi eſt opus? Scripſerim igitur κ᾽αὐτὸς non καὐτὸς (vt tamē habes p.21 ex præcedentiū editionū imitatione) ac multo etiam minus κ᾽ᾳὐτὸς (vt habetur χ᾽ᾳὐτὸν apud Euripidem circa initium Heraclid.) itidémque χ᾽ἁρπάσαι, nō χἁρπάσαι: ac multo etiam minus χ᾽ᾁρπάσαι, vt tamen ipſa etiam Turnebi editio habet pag.370. nam ſiue quis hîc craſin fieri dicat, ſiue neget, ſtare illa ſcriptura nequit. Si enim fit craſis, cur χ à verbo ᾁρπάσαι ſeparatur? ſi non fit, cur ι ipſi α ſubſcribitur? Denique non minus ineptū eſt χᾳρπάσαι, quàm ineptū eſſet χ᾽ῃμεῖς cum ῃ. At verò in χ᾽ῷ & χ᾽ῴπως alio peccatur modo. nā rectè quidem ſubſcribitur ι, ſed perinde ſeiungitur χ, ſuum etiam apoſtrophum ei dādo, acſi ſcriberetur ὁ & ὅπως. Atqui quum ὁ & ὅπως ſcribis, nullam fieri craſin manifeſtum eſt, ideóque merito χ᾽ὁ & χ᾽ὅπως ſcripſeris: at quum ο in ῳ mutas, ſubſcribens etiam ι, quî potes particulam καὶ, cuius eſt illa vocalis ι, ſeorſum ſcribere? Et tamen hunc errorem ſcio non Sophoclis ſolùm, ſed & Euripidis editiones occupaſſe. Atque adeo ſimili omnino errore in Cyclope Euripidis Aldina etiam exēplaria, pag.2 habent χ᾽ῷπι. Hæc autē quum ita ſint, non video etiam cur κοὐ pro καὶ οὐ, & κεἰ pro καὶ εἰ, & κᾀδοὺς pro καὶ ἀδοὺς, potius quàm κ᾽οὐ & κ᾽εἰ & κ᾽ᾀδοὺς ſcribere oporteat.

APOSTROPHVS autē non ſolùm illis vocabulis quæ per craſin coaleſcūt, adhibetur, (cuius coaleſcētiæ exēpla multa iā protuli) ſed & iis à quorum frōte vocalis abſcinditur, vt quū dicitur ἡ ᾽ρετὴ pro ἡ ἀρετὴ, & ἡ ᾽λήθεια pro ἡ ἀλήθεια: vt in hoc hemiſtichio, — ὀρθὸν ἡ ᾽λήθει᾽ ἀεί. Itidē in plurali: vt αἱ ᾽γαθαὶ pro αἱ ἀγαθαὶ, quod habes apud Eurip. in Ione, p.14, Κἂν παῖς κακαῖσιν αἱ ᾽γαθαὶ μεμιγμέναι. Quāuis autem ἡ ᾽λήθεια & ἡ ᾽ρετὴ cæteráq; itidem ſcribātur, ſcribi ta

men ηὐλάβεια, & ηὐγένεια, atq; adeo ἠὐγένεια, docui ſuprá: vbi animaduertendũ eſt, non ſeruare ſcripturæ ἀναλογίαν, vt ita dicã. eam enim ſeruãdo, ſeiungendus eſſet articulus ſicut in ἡ 'ρετή: & ſicut in hoc eliſum eſſe α oſtẽdit apoſtrophi nota, ſic in illis eliſionem vocalis ε indicare deberet apoſtrophus, ſcribendo ἡ 'υλάβεια & ἡ 'υγένεια. Verùm hãc ſcripturã ideo diſplicuiſſe miniméq; receptã fuiſſe exiſtimo, quòd eliſa vocali, diphthongũ fieri cõtingeret ηυ, quæ diſſolui interuentu apoſtrophi non poſſet. Adde quòd, quũ ſcribitur εὐλάβεια & εὐγένεια integrè, υ potius quàm ε notatur ſpiritu tenui.

Adhibetur autẽ apoſtrophus nõ huiuſmodi tãtùm locis, ſed & aliis pleriſque: vt vides p.18, χἀγὼ 'πιπλήσω pro χἀγὼ ἐπιπλήσω, itẽ ἐμοῦ 'πάκουσον pro ἐμοῦ ἐπάκουσον, p.181. Huc pertinet & οἱ 'πιχώριοι, pro quo & οὑ 'πιχώριοι ſcribi dixi ſuprá. Quinetiam poſt ἃ contingit ſæpe hæc eliſio, vt ἃ 'γὼ pro ἃ ἐγὼ p.57, & ἃ 'χω pro ἃ ἔχω, p.102 (in quo ἃ 'χω animaduerte accentũ ſpiritui adiũgi, ſicut in vocali nõ eliſa adiũgeretur) Inuenitur autẽ & ἃ ipſum eliſum ante ἂν, vt p.62 in prĩcipio, ἂν λυπώμεθα pro ἃ ἂν λυπώμεθα. & in fine p. proximè præcedẽtis, videlicet 61, itidẽ ἂν ἡδώμεθα pro ἃ ἂν ἡδώμεθα. Sed in hoc p.61 loco malè omiſit accẽtum mea editio. Turnebica autẽ nõ in hoc tãtùm, ſed in altero quoque. Sciẽdũ eſt porro inueniri & aliud ſcripturæ gen⁹ in aliis quibuſdã omnino alioqui ſimilibus locis. vt p.122 pro ἃ ἂν non habes ἂν ſed ἃ 'ν. de qua ſcripturæ diuerſitate, itémque de tertia ſcriptura ἄν, admonui & in quadã mearũ in Eurip. annotationũ, quam habes p.182. Sed maioris eſt momenti aliud de quo ibidẽ lectorẽ cõmonefeci, nimirũ ex non obſeruata hac eliſione vocalis α, ſeu craſi duarum ſyllabarũ in vnam, pro ἃ 'ν ſeu ἂν, perperam in quibuſdam So-

phoclis & Euripidis locis *αὖ* ſcriptum eſſe.

Cæterùm illud *ἅ 'γὼ*, quod paulo antè protuli ex pag. 57, in memoriã mihi reuocat & *οἴ 'γὼ*, quod pro *οἴ ἐγὼ* reponendũ eſſe dixi in iſto verſu pag. 48, *Οἴ ἐγὼ, φίλοι προσῆκτ' ἀναγκαίας τύχης*: itémque *τούτων 'γὼ* quod dixi reponi debere pro *τούτων ἐγὼ* in hoc verſu pag. 132, *Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς*, &c. Nã cur *γω* non putem corripi, alibi docui: præterea autem anapæſtus in ſecunda ſede eſſet.

De *κἀγὼ* autẽ pro *καὶ ἐγὼ* nõ dicã, quũ eius ſcriptura minimè controuerſa ſit. At *ἐγῷδα* nequaquã prætereundũ eſt: quo in vocabulo fit *ἔκθλιψις*, id eſt eliſio, non prioris vocalis huius pronominis (ſicut in præcedentibus exẽplis, ſed poſterioris. Dico igitur inueniri ſcriptũ & *ἐγῷδα* & *ἐγ' ᾧδα*. (vt in quodam verſu qui citatur à Plut. in libello De diſcernẽdo amico ab adulatore, p. 64 edit. Aldinæ, meæ autem p. 128) ſed ſcripturã illã admitto, hãc repudio. quũ enim *ῷ* in *ᾧδα* ſit non ſolùm pro diphthõgo *οι* ſed & pro *ω*, quorſum *ἐγ'* ſeorſum ſcribetur, tanquã apoſtropho eliſionẽ ipſius *ω* oſtẽdẽte? Eſtque idẽ planè & de *ἐγῷμαι* ſentiẽdũ, vtpote in quo eadem omnino craſis cõſpiciatur. Scio autẽ fuiſſe & qui ſcripſerint *ἐγῷδα* ac *ἐγῷμαι* ſine ſpiritu, ſed haud multo maiore cum ratione omitti poſſe hìc videtur ſpiritus quàm in *οἶδα* & *οἶμαι* omitteretur. Inuenitur autem alicubi eliſio vocalis facta non in *ἐγὼ*, ſed in ſequente vocabulo: vt p. 406 *ἐδώ 'μ' Ἀτρείδαις δυσμενής*. ita enim & Turnebi editio habet: ſed malim *ἐγῷμ'*. ſiquidẽ quum ſcribis *ἐγῴ 'μ'* cum *ι* ſub *ω*, & tamen ſeparando verbum *εἰμὶ* pro quo eſt *'μ'*, quum inquam ita ſcribis, diphthongum *ει* diuidis, eiúſque partem ſub *ω*, partem ſequenti voci relinquis. (nam apoſtrophus locum vocalis eliſæ obtinet) quæ diphthongi diuiſio haud ſcio an

Digitized by Google

exemplo vllo comprobari poſſit.

Sed hîc monendus eſt à me lector, in huiuſmodi eliſionibus vocalis alicuius quæ per apoſtrophũ fiunt, non ſemper conſentire inter ſe exemplaria. Atque vt à proximè præcedente loco incipiam, in eo quædam exemplaria *ἐγώ εἰμ'* habent, ſine vlla eliſione. Itidem verò & pro *οἱ 'πιχώριοι* (de quo dixi ſuprà) legitur & *οἱ ἐπιχώριοι*. Quinetiã in illo quem ex Euripidis Ione citaui verſu, pro *αἱ 'γαθαὶ* legitur & *αἱ ἀγαθαί*. Poſt *μὴ* quoque quanuis alioqui frequens ſit eliſio, (vt in *μὴ 'στι* pro *μὴ ἔστι*, & *μὴ 'κμαθεῖν* pro *μὴ ἐκμαθεῖν*, pag. 195: & *μὴ 'ξαπατήσῃ* pag. 316. pro *μὴ ἐξαπατήσῃ*: & *μὴ 'ξω* pro *μὴ ἔξω*, pag. 45. denique *μὴ 'νδικον* pro *μὴ ἔνδικον* pag. 181) quanuis inquam eliſio illa poſt *μὴ* ſit frequens, in ea tamen diſſentire interdum codices comperiuntur. Exemplo erit hic verſus qui citatur à Plutarcho in Alcibiade, *Μάλιστα μὴ λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.* quum enim ita legatur in quibuſdam codicibus, in nonnullis *μὴ ἐν πόλει* habetur. vt videlicet corripiatur *μὴ* ob ſequentem vocalem, ſicut in iſto Euripidis verſu in Helene, *Τά τ' ὄντα καὶ μὴ, τὰ δὲ δίκαια μὴ εἰδέναι*. Idem verò & de illo *οἱ* ante *ἐπιχώριοι*, & de *αἱ* ante *ἀγαθαὶ* dicendum eſt. Poſt *ἢ* quoque eliſio illa ſæpe inuenitur, vt *ἢ 'μαυτῷ* pag. 75, pro *ἢ ἐμαυτῷ*, & *ἢ 'ν* pro *ἢ ἐν* pag. 72: ſed & *ἡ 'ρετὴ* alicubi pro *ἡ ἀρετὴ*, vt antea dixi. & tamen pag. 74 de hoc ipſo nõ conuenit inter exemplaria. quædam enim (quibus aſtipulatur ſcholiaſtes) hunc verſum ita ſcriptum habent, *Νικᾷ γὰρ ἡ 'ρετή με τῆς ἔχθρας πολύ*: quædam contrà *ἡ ἀρετὴ* ſcribũt, vt & mea editio. Fateor tamen magis mihi probari eliſionem in huiuſmodi locis, quam placuiſſe tragicis & comicis puto, tum quòd non lubenter corriperent tales ſyllabas, aliorum poetarum more, tum quòd lubentius iambo

Digitized by Google

aut ſpondæo quàm anapæſto aut tribracho vterentur.

Vt autem agam & de eliſione quã facit ſynalœphe poſt ὦ, ſcribendum eſſe dico ὦ῎ναξ & ὦ῎νθρωπε, pro ὦ ἄναξ & ὦ ἄνθρωπε, non ὦ ᾽ναξ & ὦ ᾽νθρωπε, cum ſpiritu additum non habente accentum: at ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος Suidas annotat. Itidem verò ὦ ᾽ταὶ ſcribendum cenſeo, non ὦ ταὶ, vt tamen legitur cum alibi tum apud Plutarchum in editione Aldina paſſim. Non dubito inquã quin ὦ ᾽ταὶ ſcribi debeat, quum ſit pro ὦ ἑταὶ, vt tradit Euſtathius quoque, & vt multis docui in meo Theſauro Græcæ linguæ in Ἔτης. At ὦ ᾽γαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ ſcribi debere manifeſtum eſt.

AD FIGVRAM συνίζησιν dictam venio, quòd ex ea quoque ſcripturæ diuerſitas pendeat, & quidem nominatim apud ipſum Sophoclẽ. Nam Triclinius paſſim νῶϊ & νῶϊν ſcribit, vbi alii νῷ & νῷν, ſed ita vt velit eſſe συνίζησιν. In qua tamẽ ſcriptura, magna eſt in iiſdem etiam editionibus inconſtantia. Exẽpli gratia, editiones quædã in quib⁹ initio Antigones v. 3 legis νῶϊν (vbi eſt pro νῷν monoſyllabo) verſu 21 habent νῷν, itidémque verſu 50. Quinetiam ipſa Turnebi editio in duobus prioribus locis νῶϊν, at in tertio νῷν habet: itémque νῷ verſu 57, ſicut cæteræ editiones. At Triclinius in tribus quidem illis locis perinde συνίζησιν eſſe vult: ſed cur non itidem in illo 57 verſu νῶϊ ſcribit, συνίζησιν faciẽs? Eandem συνίζησιν & in ἀΐσσω cõſtituit, itémque in ἀΐξασα, vbi alii ᾄσσω & ᾄξασα ſcribunt. quarũ ſcripturarum diuerſitatem habes p. 3, & 195, & 345 (vbi & tertiã lectionẽ ponunt quidã, ᾄσσεις.) Sed de ᾄσσω dubitare non ſinit ᾖξεν quod eſt in eadẽ illa pag. 3. Scribendum igitur cenſeo ᾄσσω vbi duabus tantùm ſyllabis, ἀΐσσω vbi tribus eſt opus. Itidémque νῷ & νῷν

vbi vna ſyllaba, *νῶϊ* & *νῶϊν* vbi duabus verſus opus habet.

Superſunt & alia nonnulla ad meum hoc argumentum pertinentia, quorum pars vna per meas annotationes ſparſa eſt, altera maiori otio à me reſeruabitur: ſi tamen & de particula *οὐχ* paucula addidero, quæ alioqui Sophocli nõ cũ aliis omnibus tragicis duntaxat, ſed cum omni ſcriptorum genere communis eſt. Magnã enim dico orthographiæ incuriã oſtendere ea exemplaria quæ illi particulæ apoſtrophi notam addunt, tanquã ex *οὐχὶ* decurtatæ. quum alioqui tantùm abſit vt *οὐχ* omiſſam habeat literã *ι*, vt potius ipſa etiam *χ* ſit adiectitia. Niſi quis (quod abſurdiſſimũ fuerit) *οὐκ* (ex quo *οὐχ*) prius eſſe quàm *οὐ* dicat. Sed hic tamen error multo reliquis euidentior eſt, nec tam multa occupauit exẽplaria quàm alii plerique. quorũ certè nõnulli ſunt huiuſmodi, vt, quemadmodũ Cicero dicebat, Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiã mihi reſeruaui: ita de illis lubẽter dicturus ſim, Vſum ſcribendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui.

Digitized by Google

ANNOTATIONES HENRICI STEPHANI IN SOPHOCLEM, QVIBVS variæ quorundam locorum lectiones examinantur, ad quorundam item caſtigationē coniecturæ afferuntur.

Remittit autem paginarum numerus ad eius editionem.

PAGINA I,

V. Ἀεὶ] Hîc quidem editio Tricliniana (id eſt editio Adriani Turnebi, in qua id cuius antea memini exemplar ſequutus eſt) Λαρτίου habet, at in Philoctete, pag. 427, Λαερτίου: ego vtrobique Λα'ρτίου ſcripſi. ita enim legendo, Ὁ Λαερτίου παῖς ϰ̀ σύ. (Ne.) Μὴ ἀϐλάξῃ πέρα, corriperetur prima ſyllaba in Λαερτίου, ad efficiendum anapæſtum: quū eam contrà ab Homero cæteriſque poetis in Λαέρτης & Λαερτιάδης, itidémque à Latinis in Laertes & Laertiades, produci conſtet. Vt taceam, vtrique etiam nominis huius etymo συςόλλω illam repugnare. nam (vt cum veteribus grāmaticis ludam in etymologiis) ſiue dictus ſit Λαέρτης quaſi λαὸν ἀείρων, id eſt τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν ὑψῶν τῇ ἀνηγεσίᾳ, ſiue quaſi λᾶας ἀερτάζων, produci α longè manifeſtiſſimum eſt. (quo etiam fit vt ſuſpecta mihi ſit exemplarium fides in verſu pag. 406, qui eſt quartus à fine) Omiſerat præterea editio illa notam apoſtrophi in hoc nomine, quam omittendam non cenſui. verùm, ſiquis eam non interiicere (vt ex quorundam exemplarium autoritate feci) ſed literæ α ſuperponere velit, id, me nō valde repugnante, facere ei licebit.

Vtitur porro noſter Sophocles & in aliis pleriſque locis hoc poſſeſſiuo vice primitiui, & quidem alicubi ſyncopen paſſo, vt hîc: alicubi integro. Paſſo ſyncopen, vt pag. 23, Καινὸν ὄργανον, τέκνον

Digitized by Google

Λαρτίου. Et p.76, Σὲ δ' ὦ γεραιοῦ σπέρμα Λαρτίου πατρός. (ſed hîc legi etiam Λαέρτου docebo poſtea) Item p.427, in verſu quem paulo antè protuli. Integro autem genitiuo Λαερτίου vtitur cum alibi, tum p.7, Εἶεν. τίς γὰρ δὴ παῖς ὁ τοῦ Λαερτίου. Et p.401, Οὐδ' οὐμπολητὸς Σισύφου Λαερτίου (quem genitiuum cum Σισύφου ab aliis iunctum, videri mihi interiecta hypodiaſtole diſiungendum, docebo poſtea) Et pag. 400, τοῦ Λαερτίου. Item p.407, Οὔκουν πάλ' ὦ παῖ δῆτα, τὸν Λαερτίου. Denique p.429, — παιδὶ τοῦ Λαερτίου. Sed nec Euripides vti dubitauit genitiuo Λαρτίου. extat enim hic in eius Troadibus verſus, Σὺ δ', ἡνίκ' ἄν σε Λαρτίου χρήζοι τόκος. Integro autem Λαερτίου vſus eſt idem poeta in Hecuba, — καὶ σὺ παῖ Λαερτίου. Ad Sophoclem autem vt reuertar, is in patronymico etiam nomine à recepta terminatione diſceſſit, quum Θεστόρειος pro Θεστορίδης dixit, p.48, Θεστορείου μάντιος. Sed minori tamen licentia vſus hîc videtur quàm in Λαέρτιος. quod licētius quàm deceret, ab eo dictum fuiſſe, veterũ grammaticorũ iudicio, coniici poſſe arbitror ex eo quod annotatur à ſchol. in ſimili loco, & quod hîc eum prætermiſiſſe, mirum videri poteſt. Scribit enim pag. 407, in hunc verſum, Οὐδ' οὐμπολητὸς Σισύφου Λαερτίου, appoſitam hîc eſſe notam literæ χ, quòd rurſum ſit Λαερτίου poſſeſſiuum pro primitiuo Λαέρτου. Vidētur deniq; antiqui grāmatici hunc poſſeſſiui vſum licentiæ Sophocleæ peculiariter adſcripſiſſe, quum contrà τοῦ κυρίου ſiue potius τοῦ κυριωτέρου vſus ἀντὶ κτητικοῦ minimè ita licentioſus, & ipſi Sophocli cum cæteris poetis communis ſit. Huius enim generis eſt Σκύθης οἶμος apud Æſchylum, & Ἕλλην στρατὸς apud Euripidē. Sed & Virgil. itidem Partho cornu pro Parthico, in Gallo, — libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Cæterùm

Digitized by Google

quum dico hîc τὸ κυριώτερον poni ἀντὶ κτητικοῦ, veterum grammaticorum verbis vtor:(qui teſte Euſtathio) ſcripſerunt Atticos & Dores τοῖς κυριωτέροις χρῆσθαι ἀντὶ κτητικῶν, dicentes Ἑλλήνα στρατὸν pro Ἑλληνικὸν, itidémq; Ἑλλάδα διάλεκτον pro Ἑλληνικήν: necnon δοῦλον γένος pro δουλικόν: atque adeo ἀνθρώπων ἦθος pro ἀνθρώπινον: cui ſimile eſſe apud Homerum γυναῖκα μαζὸν pro γυναικεῖον. Animaduertendum eſt autem noſtrum ſcholiaſtem, quum in hunc locum primi verſus Aiacis annotaſſet κτητικὸν ἀντὶ κυρίου poni, illic ἀντὶ προσηγορικοῦ dicere maluiſſe: ſic tamen vt eodem res redeat: ſed προτότυπον generalius eſt.

Sed cur ſcholiaſtes in loco quem modò protuli, dicit Λαερτίου iterum à Sophocle poni pro Λαέρτου, quum non ſemel atque iterum duntaxat, ſed plurimis in locis vſus fuerit? An dicem⁹ illum in duobus tantùm locis, (videlicet in hoc primo verſu tragœdiæ Aiacis, & in illo qui paginæ 401 eſt ſecundus) ſcripturam hanc agnouiſſe? Imò verò iſtud ne veriſimile quidem cuiquam eſſe poſſit. quam enim aliam tot aliis locis accommodatam lectionem nanciſci potuiſſet? Quid ergo de illo πάλιν dicendum eſt? Suſpicor equidē ſcholiaſtem hac particula vtentē, ad locum qui proximè præcedente pagina habetur, reſpexiſſe: & notā illam ideo apponi huic loco intellexiſſe, quòd quū paulo antè voce illa vſus eſſet, iterū vteretur: quum alioqui ea quæ licentioſiora ſunt, nonniſi longo interuallo vſurpari debeant. Interim tamē fateor vero non abſimile eſſe, ſcholiaſtem non legiſſe Λαέρτου aut Λαερτίου in omnibus iis locis in quibus eam lectionem typographicæ editiones habent. Cuius rei inde coniecturā facio, quòd duobus in locis (fortaſſe autē & in pluribus) ne inter

a.ii.

Digitized by Google

illas quidem de hac lectione conueniat. nam pag. 76 pro Λαʹρτίου παιδὸς quædam habent, Λαέρτου παιδὸς: itidémque pag. 389, Λαέρτου γόνος pro Λαʹρτίου γόνος. Ac profectò minimè diſſimulabo non placere mihi huiuſmodi licentiam iis in locis vbi ea vitari potuit: quibus iſti duo meritò annumerabuntur.

Verumenimuero quum aliis in locis minimè controuerſis Λαʹρτίου, ſicut & Λαερτίου, vſurpare Sophoclem oſtenderim, (ſiue hic vſus licẽtioſior æquo cenſendus ſit, ſiue contrà) idque aſtipulantibus aliis quoque editionibus, ſupereſt vt dicã, in illo quoque paginæ 417 loco, Λάρτίου, quemadmodum hîc, legi debere, ideóq; fidẽ ibi Tricliniaanæ illi editioni derogandam eſſe, contrà autẽ cæteris editionibus adhibendam, nimirum Aldinæ, Florentinæ, Germanicæ, Colinæicæ: quæ vno omnes cõſenſu ibi quoque Λάρτίου habent. Simul autẽ vel ex vno iſto loco mecum lector arguat velim, non eſſe ἀβασανίστως (vt Thucydideo vtar verbo) recipienda quæcunque nobis editio illa dedit. Quod tamen & ex aliis multo maioris momenti locis arguam ac conuincam. eadémque opera meum, vt ſpero, conſilium lectori probabo, efficiámque ne hunc meum inquirendi in illam editionem laborem, alioqui certè nimium, nimiæ audaciæ reprehendat.

V. Ἴχνη] Ne miretur lector meam editionem, ſicut & illam Turnebi, hîc à cæteris diſſentire, alibi contrà illis aſſentiri in τἀχείνου, ſciat τἀχείνου ſcribendum eſſe quũ prima ſyllaba produci debet, at τὰ χείνου quum debet corripi. vnde apparet perperam hîc legi in illis quas paulo antè nominaui editionibus τἀχείνου, quum lex verſus flagitet vt prima ſyllaba corripiatur. At pag. 138 rectè τὰ

κείνων in illis quoque editionibus, hoc in verſu, Καλῶς τὰ κείνων πάντα, καὶ τὰ μὴ καλῶς. Sciendũ eſt autem, quũ τἀκείνου vel τἀκείνων ſcribitur ad producendam ſyllabam, tum non reſolui debere in τὰ κείνου & τὰ κείνων, (nulla enim alioqui eſſet craſis) ſed in τὰ ἐκείνου & τὰ ἐκείνων. Porro quum inueniatur κεῖνος apud cæteros quoque poetas, mirum eſt quædam huius exemplaria nõnullis in locis præfixam habere huic pronomini diſyllabo apoſtrophi notã, perinde ac ſi abſque ε nullus eius vſus eſſet. Idem verò & de μοι dicendum eſt hoc in verſu, p.243, Ἄλλῳ γὰρ ἤ 'μοι χρὴ γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός. quum enim μοι dicatur ſicut ἐμοί, quid apoſtrophi notam apponere attinet? Sed nec hos aoriſtos, φάνην, κλάνον, δυνήθημεν, atque aliõs, ea opus habere exiſtimo. nam deeſſe quidẽ illis ε, (quod incrementum ſyllabicum efficit) nõ inficior, ſed ita tamen vt apud cæteros poetas apoſtrophi nota minimè illis præfigatur: quam contrà cæteræ huius poetæ editiones typographicæ illis præfixam habent. Idem autem fortaſſe & de μάπυες dici poteſt, quod habetur pag.194.

PAGINA III.

V. τλῶδ'] Pro τρέπει legitur etiam νέμει. hanc autem lectionem alteri præfero quã Tricl. ſequitur: quòd duriuſculum videatur τρέπει ἐκείνῳ pro εἰς ἐκεῖνον: at νέμει ἐκείνῳ pro προσάπτει, minimè ſit tale. Adde quòd verbo νέμειν delectatur, ac variis modis eo vtitur: quorum exempla libuit ſubiungere. Pag.17, Πότερα δ' αὖ, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, λάβοις, id eſt, Siquis tibi optionem tribuat, vel offerat. Latinius tamen, Siquis tibi optionẽ det. Sic pag.31, — ὅσον κακὸν Κείνῳ τε κἀμοὶ τοῦθ', ὅταν θάνῃς, νεμεῖς, quantum hoc malum tribues vtrique. Sed magis Latinè dicetur Quantum malum dabis. Contrà

autem in bonam partem, *νέμειν χάριν*, Dare beneficium, vel potius, Conferre beneficium: pag. 75, *Ἀλλ' εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασ', ὡς ἐγὼ Σοὶ μὲν νέμοιμ' ἂν τῆσδε καὶ μείζω χάριν.* Alibi *διδόναι χάριν* dicit, videlicet p. 74, *Μέμνησ' ὅτῳ φωτὶ τὴν χάριν δίδως*) At verò p. 89, *ὦ τὸν ὑπεραλγῆ χόρον νέμουσα*, videtur *νέμουσα* commodè reddi poſſe Cōmittens: ac certè ita malim quàm Tradens, aut Concedēs, vt quidam interpretati ſunt. Legimus & *νέμειν ὤραν* pro *φροντίζειν*: adeo vt ibi *νέμειν* videatur aptius exponi poſſe verbo *ἔχειν* quàm vllo alio. Nonnunquam etiam *νέμω* dicit pro Exiſtimo, Reputo. vt p. 73, —*ἐπεὶ Φίλον σ' ἐγὼ μέγιστον Ἀργείων νέμω.* Sic pag. 87, *Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν.* Ad hanc verò ſignificationem referri poſſe videtur & participium *νέμων*, quod pag. 195 legitur, *Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν παῖδα τῆς τύχης νέμων.*

V. *κατ' ἴχνος*] Pro *ἀΐσσω* legitur etiam *ᾄσσω*. quod mihi magis probatur, non ſolùm quia eſt aptius verſui, ſed etiam quia habetur alibi itidem *ᾄξασα*, videlicet in OEdipo tyranno, pag. 195, vbi tamen viciſſim annotatur *ἀΐξασα*, ſed perperam. (licet Triclinius illud agnoſcens, *συνίζησιν* ibi eſſe velit:) quum in hac ipſa pagina in qua legitur *ᾄσσω*, habeatur & *ἦξεν*, ab illo quidem certè themate, (licet *μεταβατικῶς* accipiatur) non ab *ἄσσω*, vt quidam annotarunt. Vide præfixum his annotationibus tractatum de orthographia quorundam vocabulorum in hac Sophoclis editione.

V. *τῇ σῇ*] Quædam exempl. *τῆς σῆς* & *κυνηγίας*. de qua lectione idem quod de *νέμω* paulo antè ingenuè fateor, nimirum eam magis mihi placere quàm alteram quæ in contextum recepta eſt: vt videlicet hic genitiuus ab accuſat. *ὁδὸν* regatur. Quod autem ad *φύλαξ* attinet, planè perſuaſum

habeo poetam hunc φιλόμηρον ad eos Homeri locos reſpexiſſe in quibus hæc ipſa dea παρίσταθαι & φυλάσσειν dicitur, vt Il. ε, Σοὶ δ᾽ ἤτοι μὲν ἐγὼ παρά θ᾽ ἵσταμαι ἠδὲ φυλάσσω. Et Il.κ, Diomedes huic deæ vota faciens, inter alia dicit, Ὣς νῦν μοι ἐθέλουσα παρίστασο καί με φύλασσε. Iã verò & illi ipſi Vlyſſi, cui apud Sophoclem eſt φύλαξ, apud Homerum eſt παρισταμένη & φυλάσσουσα: Odyſſ.ν, — ἥτε τοι αἰεὶ ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίσταμαι ἠδὲ φυλάσσω. Itidem Od.υ, Αὐτὰρ ἐγὼ θεός εἰμι διαμπερὲς, ἥ σε φυλάσσω ἐν πάντεσσι πόνοις. Erit igitur ſenſus hic, ἐγὼ ἡ πάλαι εἰωθυῖα παρίσταθαί σοι καὶ φυλάσσειν, πρόθυμος ἔβην εἰς ὁδὸν τῆς σῆς κυνηγίας. id eſt, Ego quæ iam olim adiutrix tibi ac tutrix eſſe ſoleo, veni lubenter in tuæ venationis viam. Quod nihil aliud ſonabit quàm, Lubenter me ad te huius venationis viam ingreſſum contuli. Niſi quis malit, πρόθυμος ἔβην εἰς ὁδὸν &c. exponere, Lubẽter veni ad dandam tuæ venationi viam. id eſt, vt ſecũdarem tuam venationem. (quo ſenſu Viam dare Virgilius dixiſſe exiſtimatur) ſed aliquantum violenta mihi videtur hæc ſecunda expoſitio. Venit autem mihi & tertia in mentem, vt videlicet dicamus, ἔβην εἰς ὁδὸν, facta ſum tibi obuiam, πρόθυμος τῆς σῆς κυνηγίας, cupida tuæ venationis & ſtudioſa. Sic autẽ initio Electræ πρόθυμος genitiuo rei iungitur. Sed primam expoſitionem vt cæteris duabus ſimpliciorem, ita etiam magis germanam eſſe iudico. Niſi fortè ἔβην εἰς ὁδὸν ſimplicius accipi debet, vt videlicet ita exponamus hunc locũ, Commiſi me huic viæ, vel Ingreſſa ſum hãc viam, aut Dedi me, in viam prompta & alacris cuſtos tuæ venationis. quæ etiam expoſitio cum illa potius lectione conuenit quæ genitiuum habet.

PAGINA IIII.

V. γνώμαις] In nonnullis codic. ἀνεικάστου habetur. Si ἀνηκίστου retineatur, exponi fortaſſe poterit χαρὰ ἀνήκιστος, quæ erat ob ἀνήκιστον κακὸν, cuius ſe autorē fore ſperabat. vt ſit gaudiū omnino exitioſū, id eſt, quo tenebatur Aiax ob exitiū atq; adeo internecionē quā imminere hoſtibus ſuis putabat. At ſi ἀνεικάστου pro ἀνηκίστου reponatur, ſignificabit ἀνείκαστος χαρὰ, vt opinor, gaudiū cuius euentū cōiectura aſſequi ille non potuerat. id eſt, quod vanum ac irritum futurum ille non præuiderat.

PAGINA V.

V. ὡς ἄνδρας] Pro οὐχ annotatur & κοὐχ. quæ lectio apertè mendoſa, omnibus quæ ex Triclinii exemplari profectæ ſunt, habendam non eſſe fidē oſtendit: imò etiam coniicere ex ea poſſumus friuolas etiā eſſe multas, quas ideo ne mētione quidem dignabor.

PAGINA VI.

V. τί μὴ γένηται;] In Pariſ. edit. poſt ἦν non habetur interrogationis nota, nec eam ponit Triclinius: non video tamen quis eſſe loci huius ſenſus poſſit niſi interrogatiuè legatur. nam Triclinium, eum quem affert ſenſum, ex poetæ verbis non elicere, ſed armata (propemodum dixerim) manu extorquere, quicunque vel mediocri præditus eſt iudicio, fatebitur. At legendo cum interrogatione, nihil violēti aut coacti expoſitio huius loci habebit. ſi videlicet intelligamus Vlyſſem interrupiſſe Mineruæ ſermonem, & quum illa poſt hæc verba, Nónne hic antea erat vir, ſubiungere vellet fortaſſe, Mortalis, aut Cæteris ſimilis, vel tale quid, illum velut eius ſermonem abſoluentē, ſubiunxiſſe, Inſenſus mihi.

V. Ἐμοὶ μὲν] γράφεται ἐν δόμοις. & alioqui etiam vix crediderim Sophoclem dicere voluiſſe εἰς δό-

Digitized by Google

μους quum ἐν δόμοις dicere poſſet. Schol. tamen lectionem illam admittit, (non facta huius mentione) poeticè eum loquutum eſſe tradens.

PAGINA VII.

V. Ὥς τ'] Legitur etiam οἶδ', id eſt οἶδα. cuius lectionis meminit & ſcholiaſtes: ſed addo, ſi hanc ſequamur, debere includi parentheſi.

V. ποῦ σοι] Poſt ἔσμεν claudi interrogationem puto, quam excipiat alia. vt ſit, Quo in ſtatu tibi eſt? an manus tuas euaſit? Qui ſenſus quum ſatis obuius ſit, nimis religioſè fortaſſe Pariſ. exemplar hîc ſequutus ſum, in ponenda ſolùm hypoſtigme poſt ἔσμεν. At ſchol. ſeparat quidem & ipſe priorem partis verſum à ſequente: ſed poſteriorem abſque interrogatione legit, & ἦ potius quàm ἤ. hæc enim eſſe videtur eius de huius loci ſenſu opinio, vt Minerua non interroget, effugerit Vlyſſes manus eius nécne, ſed ad mouendum ei ſtomachũ, dicat ſe putare Vlyſſem manus eius effugiſſe.

V. Πρὶν αὖ] In Pariſ. κερδανεῖς in textu, at κερδάνῃς in margine: ego cõtrà hanc lectionem vt apertè meliorẽ in contextũ recepi. nec enim dubium eſt quin elegantior ſit oratio, ſi continuetur eadẽ forma, vt ſit πρὶν αὖ τι δράσῃς, ἢ πρὶν αὖ τι κερδάνῃς.

V. Σὺ δ'] Legitur & ἥδε pro ὧδε. ſed malo ὧδε, vt ſit, Quandoquidem ita facere tibi volupe eſt. Tunc autem hanc verbis ſtructuram dabimus, ἐπειδὴ τέρψις σοὶ τὸ δρᾷν ὧδε. id eſt τέρπει σε τὸ δρᾷν ὧδε.

PAGINA VIII.

V. Ἤχθει] Pro πλούτου βάρει legitur apud Stobæum πλούτου βάθει. quæ lectio mihi non diſplicet quòd extet compoſitum βαθύπλουτος de valde opulento: ſed viciſſim ſi verbi βρίθεις habenda ratio ſit, non dubium eſt quin melius cum eo cõueniat datiuus βάρει, quàm datiuus βάθει.

PAGINA X.

V. τὸν γὰρ]Legitur & τοὺς λόγους: ſed hic accuſ. & neceſſarius non eſt,& à metro non admittitur.

V. μετὰ γὰρ]Stob.poſt ἄριστ' ἂν habet δράσοι.nec dubito ſanè quin vel hoc verbũ, vel aliud hîc deſit: vt hic ſit ſenſus, Oportet enim paruos magnis iunctos eſſe vt rem præclarè gerãt: ſicut viciſſim parui magnis præſidio eſſe poſſunt, vel robur addere.Q. d. fieri etiam interdum poteſt vt magni ſtent & firmi maneant,quòd à paruis adiuuentur, alioqui caſuri. Quam explicationem aptiſſimam eſſe arbitror & ad exprimendã vim verbi ὀρθοῦσθαι.

PAGINA XI.

V. τ' ἀπαλ.] Poſt χωρὶς additum habent ἄναξ quædam editiones: ſed & hîc & alibi paſſim in choris, Triclinii lectiones cum Turnebo ſequut⁹ ſum,etiam quas valde alioqui à cæterarũ editionum lectionibus differre videbam: vt nimirum cum iis quæ de metrorum ratione tradit conſentirent.

V. ὦ μεγάλα]Hæc incluſi parentheſi vt lectorẽ iuuarem.quale adiumentum & aliis pleriſque in locis ei hæc mea editio afferet, non itẽ Pariſina.

PAGINA XII.

V. ἥκοι] Schol.videtur duplicem huic loco lectionem dediſſe: videlicet non ſolùm ἥκοι, ſed etiam εἴκοι.

PAGINA XV.

V. αἴθωνος] Suidas non αἴθωνος hîc legit, ſed αἴθοπος. ponit enim hunc ipſum genitiuum, iſtum Sophoclis locum ſubiungens: (ſicut antea accuſ. αἴθοπα poſuerat, pro quo mendoſè ſcriptum habent vulg.editiones αἴθουσα) Ego tamen lubenter retíneo αἴθωνος,quòd pag.62 legatur de eodem dictum αἴθων.

Digitized by Google

V. ὑπὸ κλ.] Reponendum puto ὑπὸ κληζομένων, vt ſit anaſtrophe: ac pro me facere videtur ſchol.

PAGINA XVI.

V. λιθόλ.] Malim abeſſe interpunctionē poſt ἄρην, vt iungatur cum τυπεὶς, hoc modo, πεφόβημαι ξυναλγεῖν μετὰ τοῦδε, τυπεὶς λιθόλευστον ἄρην. (erit autem poſitus hic accuſ. cum τυπεὶς ea forma qua dicitur ἐντιτρώσκεσθαι πληγήν.) Aut certè iungatur cum ξυναλγεῖν, vt ſit πεφόβημαι ξυναλγεῖν ἄρην λιθόλευστον, τυπεὶς μετὰ τοῦδε. Sed iungendo ἄρην λιθόλευστον cum τυπεὶς, nequaquam ἄρην expoſuerim θάνατον, cū ſcholiaſte, ſed potius ἄρην λιθόλευστον dixerim eſſe τὰς διὰ λίθων πληγάς. nam& Homero ἄρην eſſe πληγὴν ſeu τραῦμα ſatis notum eſt.

V. τις] Multæ editiones ἄπλατος habent: ſed ἄπλαστος Suidas quoque agnoſcit.

PAGINA XVIII.

V.18. πληγή τις] Poſt πῶς γὰρ interpunctionē poſui, vtpote neceſſariam: quam tamen cæteræ editiones non habent, ſed commodius interrogationis nota poneretur. Erit autem, ſequendo ſchol. expoſitionem, πῶς γὰρ, pro πῶς γὰρ οὔ;

PAGINA XIX.

V. Καὶ τὰς] Pro τύχας quædam exempl. habent πάθας. ego lubenter retineo τύχας, vt pag. 59 dixit τύχην δυοῖν βροτοῖν: Sed & poſitum alibi reperies.

PAGINA XX.

V. Φίλων] Longè commodior mihi videtur Stobæi lectio νικῶνται λόγοις: hoc ſenſu, Viri enim tales qualis eſt Aiax, verbis amicorum & precibus dare manus ſolent. Poteſt autem accipi τοιοίδε (id eſt tales) duobus modis: videlicet vel Qui in tali ſunt ſtatu, vel Qui tali ſunt ingenio præditi.

PAGINA XXVI.

V. τύνδ'] Oblitus ſum includere parētheſi hæc

verba, ἔπος ἐξερέω μέγ᾽, vt ſit οὐκέτι μὴ ἴδητε ἄνδρα τόνδε οἷον &c.

PAGINA XXIX.

V. Ὅστις] Non placet καλαῖσιν, quod apud Stobæum legitur pro κεναῖσιν: niſi fortè putandus ſit Sophocles alludere voluiſſe ad ſequẽs aduerbium καλῶς: perinde ac ſi diceret, οὐκ ἀρκεῖ καλὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἀλλὰ δεῖ καλὰ πράττοντα ζῆν, ἢ καλῶς θνήσκειν.

PAGINA XXXI.

V. ἀπ᾽ ὀρφ.] Poſt φίλων hypoſtigme tantùm collocari debet, quum hæc ὅσον κακὸν &c. cohæreãt cum præcedentibus, meo quidem iudicio: ſed ita vt ſit elleipſis ante particulam εἰ, perinde ac ſi diceret, οἴκτειρέ παῖδα τὸν σὸν, ἐνθυμούμενος ὅσον κακὸν νεμεῖς τούτῳ κἀκείνῳ τε κἀμοὶ, εἰ νέας τροφῆς στερηθεὶς &c. Quòd ſiquis hanc elleipſin admittere recuſet, is στιγμὴν quæ poſt φίλων poſita hîc erat, (ſicut & in aliis editionibus) ante εἰ νέας collocet: vt ἀπ᾽ ἄλλης ἀρχῆς dicatur εἰ νέας τροφῆς στερηθεὶς &c. ὅσον κακὸν, pro φεῦ ὅσον κακὸν &c.

V. Ὡς πλοῦτος;] Habetur & πᾶσιν in quibuſdam exempl. quam lectionem ſequitur ſcholiaſtes: ſed ego πᾶσ᾽ omnino pro πᾶσα eſſe puto, nõ pro πᾶσι. vt dicat, Ego tota in te ſeruor: pro eo quod eſt Non vna ſalutis meæ pars ſed ea vniuerſa in te ſita eſt.

PAGINA XXXII.

V. Ἐν τοῖς δὲ] Rectius poſt κακοῖσιν ponetur interrogationis nota.

PAGINA XXXIIII.

V. ὑμῖν τε] In quibuſdam κοινὴν legimus: quod & ſchol. habet, eodem certè ſenſu. Sed ſcholiaſtem ſequendo, ante ἐμὴν videtur eſſe interpungendũ, non autem poſt χάριν: vt ſit κοινῇ vel κοινὴν ὑμῖν κείνῳ τε. Sed crediderim aliter etiam poſſe exponi

Digitized by Google

hunc locum,(& quidem legendo κοινῆ,non κοινὴν) Vobis in cōmune,vel vobis ſimul omnibus mando ſeu iniungo vt in me hoc cōferatis beneficii, nuntiandi Teucro quæ dicam: & vos viciſſim ſimul omnes nuntiate illi mandatum meum: vt nimirum &c.

PAGINA XXXV.

V. καὶ δῶμ'] Alteram lectionem, videlicet καὶ δῶμα πάκτου,ſequitur etiam Euſtathius,exponens σύγκλειε ἀσφαλῶς, nō facta vlla mentione alterius: vt viciſſim ſchol. legit & exponit ἀπάκτου, de πάκτου omnino tacens. Pollux tamen & ipſe non ſolùm πακτοῦν, ſed & compoſitum ἐπιπακτοῦν cum accuſ. θύρας,ponit ſynonymum τῷ κλεῖσαι.Legitur certè πακτοῦν ſeu πακτῶσαι θύρας, cum apud alios, tum apud Ariſtoph.in Lyſiſtrata. Dixit verò idē in Veſpis,ἐπακτώσαμεν pro Obturauimus,ſeu Obſtruximus:ita ſcribens, —ἡμεῖς δ' ὅσ' ἦν τετρημένα, Ἐνεβύσαμεν ῥακίοισι,κἀπακτώσαμεν. quo ex loco vulgata lexica, ſeu vulgatorum lexicorum autores, ineptiſſimè finxerunt verbum ἐπακτόω. quod erratum licet graue,præ aliis tamen eorundem innumeris,leuiſſimum videri poſſit.

V. ταρβῶ] Legitur etiam,οὐ ξυνέρχεσθ' ὡς τάχος; ſed alteram lectionem malo, vel eam ob cauſam quòd οὐ iungi infinitiuo ſolet in hoc loquendi genere:quod imitari ſermonem Gallicum,alibi docui. Sic autem infrà,pag.57, — οὐχ ὅσον τάχος Δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο.&c.

PAGINA XXXVI.

V. ἀνήρ.] Schol. legit ἄνομα, & quidem duob[9] modis exponens:at Tricl. ἀνώμα ſcribendum eſſe,metri etiam cauſa, contendit.

PAGINA XXXVIII.

V. φρενόμ.] Superiorum temporum editiones

Digitized by Google

(Pariſinā excipio) habent φρονομώρως: ſcholiaſtes autē ita exponit ac ſi legeretur φρενομοίρως (niſi voluerit & ipſe φρενομόρως ſcribi pro φρενομοίρως, eo modo quo Lacedæmonii μόρας ſuas vocabant peculiari ſignificatione tanquā μοίρας) Sed ſi metri ratio ferre poſſet, φρενομώρως legere mallem.

PAGINA XL.

V. ἄρχοντες] Dicerem non ſpernendam eſſe lectionem Stobæi, τιμῇ videlicet pro τί μὴ, (vt tolleretur interpunctio poſt ὑπεικτέον) niſi mihi nouum eſſet illud nomen priore correpta. Non hîc autē duntaxat ſed & alibi commendat Sophocles obſequium quod præſtatur illis quorū legitimū eſt in nos imperium: vt pag. 61, & p. 241.

PAGINA XLII.

V. Ἔφριξ' ἔρ] Euſtathius pag. 452 legit ἀνεπτόμαν, Sophoclem tamen non nominans: ſed poſtquam dixit πτέσθαι pro πετάσαι extare apud Sophoclem in OEdipode, ſubiungit, vt ἐσχόμαν σχέσθαι, ſic etiā dici ἐπτόμαν πτέσθαι: & pro exemplo addit, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν.

PAGINA XLVIII.

V. Καὶ μὴν] Hîc quoque Turnebi editionem cæteráſque malè ſequutus mihi videor. aut enim valde fallor, aut τὸ φὴς iungitur cū ὠδίνειν, diciturq; elegantiſſimè ὥστε μ' ὠδίνειν τί φὴς, pro Adeo vt angar & trepidem dum cogito quid ſibi velit tuum iſtud verbum: vel, quorſum hoc dicas, te videlicet οὐ θαρσεῖν περὶ Αἴαντος, εἰ θυραῖός ἐστι. Scio tamen doctiſſimum quendam virum vulgo receptam lectionem ſequutum eſſe, & vertiſſe, Quare crucior: quid ais?

V. Οἴ 'γώ] Repono οἴ 'γώ. de qua emendatione dixi ſuprà in Tractatu de orthogr. &c. Sed hoc addo, magis placere τελείαν στιγμὴν poſt ἐγώ, aut certè ὑποστιγμήν.

Digitized by Google

V. ἔγνωκα] Pro ἠπατημένη legitur etiam ἠπατημένην, itidémque ἐκβεβλημένην pro ἐκβεβλημένη in ſequente verſu: ſed linguæ Græcæ conſuetudo non admittit hîc accuſatiuũ, niſi ipſa Tecmeſſa nõ de ſe ſed de alia loqueretur: vt ἔγνωκά σε ἠπατημένην, vel αὐτὴν ἠπατημένην. Non dubium eſt autem quin hîc ſit ellipſis præpoſitionis πρὸς ſeu ὑπό. Et quod ſubiungit, καὶ τῆς παλαιᾶς χάριτος ἐκβεβλημένη, id referendum puto (vt obiter de hoc admoneam) ad hunc locũ p.31, Ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν &c.

V. χωρῶμεν] Debueram includere hæc verba parentheſi, οὐχ ἕδρας ἀκμή.

PAGINA XLIX.

V. Αἰτήσομαι] Florentina editio in textu quidem habet λαχεῖν, at in marg. λαβεῖν. quanuis autem idem ſit vtriuſque lectionis ſenſus, magis tamen placet λαβεῖν. quòd apud hunc ipſum poetã idem verbũ cum eodẽ infinitiuo legiſſe mihi videar. Iunxit certè itidem Ariſtoph. in Pluto, Αἰτῶ λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον. Atque ita ſolutæ etiam orationis ſcriptores loquuti ſunt: vt Iſocr. in Areopag. πολιτείαν γὰρ τὴν ὀρθῶς αὐτοῖς πράγμασι χρησομένην οὔτ' ἔχομεν, οὔτε λαβεῖν αἰτοῦμεν. Quæ exempla eo profero lubentius quòd meminerim olim à quodam doctiſſimo alioqui viro in meis ſcriptis reprehenſum fuiſſe hoc loquendi genus, mihique tum illius exempla, quibus me tueri poſſem, defuiſſe: quum tamen poſtea multo etiam plura obſeruarim. At verò Lucas Act. cap.3, minus vſitatè ac fortaſſe nouè, hunc eundem infinitiuum cum verbo ἠρώτα iunxit, ſcribens, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν.

PAGINA L.

V. τοσαῦτα] Editio Turn. in textu quidem προστρέπω, at in margine προσστρέπω habet: ſed ego

hanc lectionem in contextum receptā fuiſſe mallem, non ſolùm quòd infrà eam habeamus, (videlicet pag. 272, *Πρός νυν θεῶν ὦ ξεῖνε μή μ' ἀτιμάσῃς Τοιόνδ' ἀλήτην ὤν σε προστρέπω φράσαι*) ſed etiam quòd *προστρόπης* & *προστροπὴ* necnon *προστρόπαιος* cum præpoſ. *πρὸς* itidem dicantur, & quidem ab hoc ipſo poeta etiam. Habes enim in Œdip. tyr. pag. 150, *Ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόστροποι, Ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμίν· εἴ τέ του* &c. Et rurſum in Philoct. pag. 411, — *μὴ σαυτόν θ' ἅμα Κἄμ' ὄντα σαυτοῦ πρόστροπον κτείνας γένῃ*. Quibus tamen in locis obſeruandus eſt aliquantū diuerſus huius vocabuli vſus. nam in poſteriore quidem *πρόστροπον* eſt planè idem quod *ἱκέτην*, id eſt ſupplicem: at in priore eſt adiunctum ad illud *ἱκέται*. (perinde eſt enim ac ſi diceretur *ἐσμὲν ἱκέται σου πρόστροποι*) & exprimit geſtū ſupplicum, qui videlicet genibus eorum quibus ſupplicant aduoluuntur. Sed de his alibi.

PAGINA LIII.

V. Αὐτὸς] Nō video quomodo *δῆλον* iungi poſſit cū *αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ*: nec dubito quin ante ipſum interpungi debeat, ſicut & poſt interpungitur. vt ſit *δῆλον*, pro *δῆλον δέ*. nā *δῆλον* pro *δηλονότι* ſeu *δηλαδὴ* vereor vt admitti poſſit.

PAGINA LVII.

V. Ὡς ὧδ'] Poſt *ἐχόντων* poſui duntaxat hypoſtigmen quòd cum his tribus verbis cohæreant illa duo *πάρα στενάζειν*, cætera verò ſunt extrinſecus addita à Teucro ſermonem chori interrumpente: quod idem plurimis in locis obſeruandum eſt.

V. Ἄγαν] Nullo modo placet *τί γὰρ* iungi ſequentibus, atque adeo ne iungi quidem cōmodè poſſe verbo ſequenti *χωρεῖ* exiſtimo: ſed ſeorſum poni, & poſt *γὰρ* debere interpungi, non poſt *τόδε*. Sic à Latinis Quid (cui *τί γὰρ* reſpondet, vacante videlicet

particula

Digitized by Google

particula γὰ) interdum ponitur. vt apud Terent. in Phorm. Quid? ſenem quoad expectatis veſtrum? Quòd ſi iungeretur τί γὰ cũ τέκνον τὸ τόδε, eſſet quidem ita poſitũ vt Quid à Plauto, quum dicit, Quid pater? viuitne: ſed τί γὰ illo altero modo collocatũ memini me alibi obſeruare, at hoc non item.

PAGINA LVIII.

V. χωροῦντ] Ita quidem ſcholiaſtes particulam οὐχ à πῶς γὰ diuellit, verũ hoc mihi & durum & planè inuſitatum videtur: quare malim πῶς γὰ οὐχ; ſed ita vt vim ironicam habeat aduerbii Scilicet. Malè autem in Pariſ. interpungitur poſt μηδὲν, non poſt ἀτυχοῦντι, vt ſit ἀτυχοῦντι μηδὲν. quum contrà manifeſtum ſit μηδὲν pertinere ad ſequentia: hoc ſenſu, Scilicet læto vultu me pater aſpiciet abſque te reuertentem: cui hoc inſitũ eſt vt in rebus etiã ſecundis nihilo ſit hilarior, vel, vt res ſecundæ nihilo eum hilariorem reddant. Cæterùm in ſequente verſu poſt οὗτος habent quidem & cæteræ editiones hypoſtigmen, ſed perperam: quum ſit οὗτος τί κρύψει pro τί οὗτος κρύψει. vbi etiam animaduerte (vt hoc obiter dicam) τί κρύψει & ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακὸν, reſpondere ei quod Latini dicunt, alia tamen de re, Dicenda tacenda loqui.

V. ἐρεῖ] Rectius fortaſſe πρὸς οὐδὲν connectetur cum ſequentibus.

PAGINA LXI.

V. ὅπου] Stobæus παρῇ habet pro πάρα, eodem ſenſu: habet præterea ἐξουσίας ſtatim pòſt, quod certè multo eſt vſitatius.

PAGINA LXII.

V. εἶτ] Apud Stob. legitur ἐν θανοῦσιν diuiſim, quod mihi non placet, nec ab eo ſcriptum fuiſſe puto.

PAGINA LXIII.

V. Ἡ γλῶσσα] Pro μέγαν legitur & δεινόν: ſed lubenter retineo μέγαν, quum ad hanc vocem alludere videantur verba reſpondentis Teucri, μέγ' ἔξεστι φρονεῖν.

PAGINA LXV.

V. Λόγοις] Pro πάρα Stob. habet παρῇ, ſicut & paulo anté.

V. Ἄφερπε] Rectius ἀφερπέ νυν, vt παραπληρωματικὸ ſit hæc particula ſicut aliis pleriſque in locis.

PAGINA LXVIII.

V. ἵν' ὑλᾶειν] In Turn. edit. eſt ὑλῶειν, ſed ὑλᾶειν germanam ſcripturam eſſe puto, Doricè videlicet pro ὑλῆειν.

V. ὑψήλ'] Pro ἐκόμπεις multæ editiones habent ἐφώνεις, eodem ſenſu: ſed ὑψηλὰ φωνεῖν planè conuenit cum Gallico *Parler haut* ſeu *Parler bien haut*: de eo qui μεγαληγορεῖ, ſeu μεγαλορρημονεῖ, id eſt Magna loquitur, vel Magnificè magna loquitur: quorum vtroque vtitur Tibullus. Dicitur autem ἐξελευθεροστομεῖν pagina ſequente idem Teucer qui hîc ὑψηλὰ φωνεῖν.

PAGINA LXIX.

V. Ἀλλ' εἰρ.] Legitur εἰκλέον apud Stobæum ab εἴκω: ſed non dubito quin mendoſa ſit hæc lectio, altera contrà mendo careat. vult enim ſignificare reprimendam eſſe hanc licentiam ſeu inſolentiam. Eſſe porro εἴργειν Reprimere ſeu Coercere, ſatis notum eſt. Fortaſſe autem ex εἴκειν quod habetur initio paginæ, natus eſt ille error apud Stobæum.

PAGINA LXX.

V. εἰ σοῦ] Pro πόνων quædam exempl. habent λόγων. quæ lectio magis mihi probatur: vt queratur Teucer quòd Agamemnon ne verbis quidem tenus animum beneficiorum memorem oſtendat,

Digitized by Google

& quidem beneficiorum non verbis ſed re (id eſt ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ, vt aptius dicunt Græci) in eum collatorum. Puto autem intelligere Teucrum, debere Agamemnonem pro tot beneficiis ab Aiace acceptis honorificam ſaltem mentionem eius facere, quum contrà de eo contemptim etiam loquatur. Atque huc pertinet quod dicit illi Vlyſſes pag. 73, Ὥστ' οὐκ ἂν ἐνδίκως ἀτιμάζοιτό σοι.

PAGINA LXXI.

V. λαβὼν] Malo φιτύσας, vt annotatur inter varias lectiones: imò verò ne ferri quidem poteſt φυτύσας, quũ φυ in eo corripiatur licet in φῦσαι producatur. veluti p. 193, Ἀλλ' οὔποτ' εἰμι τοῖς φυτύσασίν γ' ὁμοῦ. Et paulo pòſt, Ἢ μὴ μίασμα τῶν φυτυσάντων λάβῃς. Sic apud Euripidem initio Oreſtis, Οὗτος φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ. At contrà φιτύειν prima producta in aliis etiam locis Sophoclis habetur.

PAGINA LXXIII.

V. σοὶ] Eſt quidem ξυνηρεμεῖν & in Turn. editione, ſed vereor ne ex errore typographico hæc lectio manauerit: ac certè cum ſcholiaſte & aliis editionibus ξυνηρετμεῖν legere tutius eſſe puto.

PAGINA LXXIIII.

V. Τοιοίδε] Legitur & βροτοῖς pro βροτῶν. qui datiuus magis mihi placet. Sed ἔμπληκτοι malo, vt in textu habemus, quàm ἔκπληκτοι, vt quædam exemplaria habent.

PAGINA LXXVI.

V. σὲ δ' ὦ] Nihil prohibet quo minus Λαέρτου etiam legamus, vt alii codices habent: quũ eius prima ſyllaba producatur, & ita metro quadret.

PAGINA LXXXII.

V. ὃ καὶ] Legitur & οἶδά μοι κεκρυμμένον. quam lectionem ſequẽdo, erit κεκρυμμένον μοι pro ὑπ' ἐμοῦ.

V. ὅπως] Pro κλέπτοντες quædam exempl. θνήσκον-

πες. pro qua ſcriptura faciunt ſequentes loci, λόγῳ θανὼν & λόγῳ θνήσκοντες. Ferri tamen poteſt & altera, quam etiam ſchol. ſequitur.

PAGINA LXXXV.

V. τοὺς ἀδ.] In aliis edit. præfigitur αἲ his verbis, τοὺς ἀδίκως &c. ſed in Triclinii exemplari nõ additur. Certè ſi non addatur, neceſſe erit ὁρᾶτε in imperatiuo intelligere.

PAGINA XC.

V. ἀλλ' ἅπερ] Ita quidem in omnibus quas videre mihi licuit typographicis editionibus legitur: ſed cogor omnibus fidem hîc derogare, (faceſſente mihi negotium particula εἰ) & ſuſpicari legendum eſſe ἀπερεί τις. Quidni verò vt ἅπερ pro καθάπερ ponitur, ita etiam ἀπερεὶ pro καθαπερεὶ ponere licuerit? Eiuſdẽ generis error alicubi Homeri exemplaria occupauit qui meam editionem præceſſerunt, vt in ὡς εἰ pro ὡσεὶ, ſicut ibi admonui.

PAGINA XCI.

V. τὸ παρόντ] Videtur ante οἰκείας vnũ eſſe membrum, & relinqui verbum ſubaudiendum, quale ſit μετέβη, aut μετέβαλε: ideóque rectius μέση στιγμὴ poſita ante illud οἰκείας fuiſſet. Caterùm ἐμπίπλεις aptius eſſe ſequẽti verſui quàm ἐπιπίπλεις, quod ad genus loquendi attinet, non ignoraui, ſed Turn. editionem ſequutus ſum.

PAGINA XCII.

V. Ἐν ἀγροῖς] In antiquioribus edit. typogr. legitur, ἐν ἀγροῖς ἰωλκάδεσιν, ἐν ξένοις Ἔξοιδ'. De qua lectione admoneo vt intelligatur quod in hunc locum annotat Tricl.

V. πρόσφορον] Legitur quidem, vt hîc ἀκοῦσαί μ', in Turn. editione atque aliis, ſed ſchol. ἀκούσαιμ' legit, & ſenſus apertè hanc lectionem exigit.

Digitized by Google

PAGINA XCIIII.

V. σύγγνωτι] Negat Tricl. ſcribendum eſſe ἥτις, ſic tamen vt non addat quid pro eo reponendum ſit, nec ſatis ex eius verbis poſſit colligi. niſi fortè ἥ τις disiunctim ſcribere maluit. Sed nodum in ſcirpo quærit, (meo quidem iudicio) quũ tradit eſſe pro τις. quis enim non illi obiiciat ante illud ſubaudiri ἐκείνη, idque minimè nouum eſſe? Sic certè θανόντος ὅστις pag. 115 habes, pro θανόντος ἐκείνου ὅστις, vbi alioqui magis audax videri poſſet ἔλλειψις, ſiquid in ea eſſet audaciæ.

PAGINA XCVI.

Καὶ δὴ] Rectius legentur hæc ſine parentheſεως nota, vt ſubaudiatur περί. quam præpoſ. & ab Homero ſubauditam aliquoties videmus.

PAGINA XCVIII.

V. ἐπειθ'] Ita quidem in Turn. editione: ac certè ferri poſſe videtur hæc lectio pro Alioqui: (vt in fine paginæ præcedentis, ἐπεί τ' αὖ οὐ &c.) Tricl. tamen ἔπειθ' (quod ſit pro ἔπειτα) ſcribendũ cenſet, alteram illam ſcripturam improbans.

PAGINA XCIX.

V. μέλλουσι] Lege potius λήξεις.

PAGINA C.

V. Πεσούμ.] Hîc quoque à Triclinio & ab altero ſchol. diſſentit Turn. editio, nec nõ à cæteris typographicis editionib⁹, vtpote legẽtibus τιμωρούμενοι. quam lectionem & ipſe Turn. in calce libri annotauit. Quæ autem redditur à Tricl. lectionis huius τιμωρούμενοι ratio, non ſatis manifeſta eſt. Ego crediderim illam τιμωρούμενοι dixiſſe referentem ad fratrem Oreſtem, ſic tamen vt illi hoc dictum velut exciderit: præſertim quum Ὀρέστην παυστῆρα vix ſperet venturum, ſuprà pag. 96.

V. Ποῖ δ'] Habent aliæ vulgatæ edit. ἐκπορθεῖν: at

Turnebica ἐμπορθύῃ, ſed in eius margine annotatur altera illa lectio. Ego ἐμπορθύῃ lubenter retineo, ſic tamen vt ſimpliciter poni exiſtimē, ſicut ab Euripide, in illo valde celebrato verſu, Ὅςτις γὰρ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται. Sed & pag. 171 legitur itidem ἐμπορεύσεται.

V. Ἀλλ' οὐ] Legitur etiam σμικρῷ pro σμικρόν.

PAGINA CXI.

V. Θανόντ'] Eſt & alia lectio, quæ magis mihi placet, νῦν τε καὶ πάλαι λέγω.

PAGINA CXIII.

V. χάχ.] Pro ἔχων legitur & ἄγων. Et paulo pòſt in verſu cuius initium ἕνατος, additur in aliis particula δ', vtranque lectionem admittēte verſu: vt videlicet ſit tribrachys, vel anapæſtus. ille tamen quàm hic magis his verſibus conuenit.

PAGINA CXIIII.

V. μέτωπα] In aliis eſt συμπλάσουσι: ſed non video cur mutanda ſit noſtra lectio.

PAGINA CXVI.

V. Οὐκοῦν] Annotatur & alia lectio, videlicet οὔκουν & παύσατον: ſed perperā οὔκουν cum παύσατον iungitur, quū contrà οὔκουν cum παύσετον, at οὐκοῦν cum παύσατον cōueniat, ſiquidem abſq; interrogatione locum hunc legamus, vt in omnibus editionibus legitur: ne Triclinio quidem vllā eius mentionem faciente. Sed ego tamen eius notā apponere non dubitaui, quòd melius cum proximè præcedente verſu cohærere mihi videatur hæc ſententia, Nónne vos finem huic inſolētiæ imponetis? quàm vel illa, Non igitur finem imponetis &c. vel iſta, Itaque finem imponite. Imò verò poſterior hæc aliquem locum habere poſſit, at illa nullum. Obſerua autem (vt hoc obiter dicam) vſam eſſe eodē vocabulo Clytæmneſtrā quo vſa erat ipſa Electra ſu-

Digitized by Google

prà, eadem de re, pag. 96, Ἐγὼ δ᾽ Ὀρέστην τῷδε προσμένουσ᾽ ἀεὶ Παυστῆρ᾽ ἐφήξειν.

PAGINA CXIX.

V. δεινῶν] Pro Ἀχαιῶν legitur etiã ἀρχαίων, item ἀχέων (at ἀχαίων quod habet Tur. editio, ferri nullo modo poteſt) necnon πανσύρτων pro πανσύρτῳ. Triclinius meminit duntaxat duarum lectionum, videlicet Ἀχαιῶν & ἀρχαίων, poſteriorem magis probans: idem verò πανσύρτων in aliquibus libris inuentum eſſe admonet. Alter verò ſchol. contrà non alius ſcripturæ mentionẽ facit, quàm illius de qua tacet Tricl. videlicet ἀχέων. ſed nec aliter quàm πανσύρτῳ legi admonet. Quod autem ad huius loci expoſitionem attinet, non dubium eſt quin circa eam Triclinius dicenda tacenda loquatur, ſenſum non ſolùm longè petitum, ſed ex coactis verbis magna vi expreſſum, nobis afferens, pro tuenda hac lectione Ἀχαιῶν: cui tamen alteram tandem anteponit. Si autem & mihi proloqui quod ſentio de loco variè iam ab aliis verſato, fas eſt, dico, ſi quidem ἀχέων in hoc verſu admitteret is qui ei in antiſtrophe reſpondet, mihi placiturã magis hanc lectionem ἀχέων: quum autẽ hanc non admittat, ex cæteris duabus vnam duntaxat recipio, videlicet ἀρχαίων. (quum altera præterquam quòd nihilo magis admitti à verſu poteſt, nullum etiam ſenſum loco conuenientem promittat) Quod autẽ ad proximè præcedentem verſum attinet, in eo non πανσύρτων & παμμήνων cum Triclinio, ſed πανσύρτῳ & παμμήνῳ, aut certè (quod etiam malo) πάμμηνον ſicut πανσύρτων legendum exiſtimo. vt ſit πανσύρτῳ παμμήνῳ pro διὰ τὸν πάνσυρτον πάμμηνον δεινῶν πόνων &c. vel ſcribendo πανσύρτων & παμμήνων ſubaudiatur ἕνεκα. Ideo autem magis mihi lectio hæc placet, quòd πάνσυρτος facere ſubſtantiuũ, quũ adiecti-

Digitized by Google

PAGINA CXXVI.

V. Ἀλλ' οὔποτ'] Malo πάθῃς, ſicut legit Triclin. vt videlicet πάθῃς τόδε intelligamus, τὸ εὖ λέγεσθαι ὑπ' ἐμοῦ. Eſt enim hic totius loci ſenſus, ni fallor. Ad ea verba Electræ quæ in præcedente annotatione explicaui, reſpondet Chryſothemis, Da operam vt ita iudicio valeas in perpetuũ. (q.d. Habe tibi ſemper iſtud tuum iudicium: ego certè tibi illud non inuideo. Nam tu iudicio te valere putas in hac re quam aggrederis, ego contrà iudicium & bonam mentem in te hæc moliente deſidero.) Excipit Electra, Hócne mihi das conſilium tanquam adiutrix non futura? (animaduertit enim Electra illius ironiam.) Cui Chryſothemis, [Equidem.] nam quod [malè] quis aggreditur, id ei malè etiã cedere, rationi conſentaneum eſt. Ad hæc Electra, Prædico te beatam quæ tam circunſpecta ſis: vel, quòd tam circunſpectè agas, ſed non poſſum non odiſſe tuam timiditatem. Huic Chryſothemis, [Vt patienter audio quod nunc mihi exprobras, ita] audiam patienter te, tum quoque quum me laudabis, (id eſt, quum conſilium meum laudabis, & te id aſpernatam eſſe pœnitebit) Quibus reſpondet Electra, Ἀλλ' οὔποτ' ἐξ ἐμοῦ γε μὴ πάθῃς τόδε, (nõ μάθῃς) id eſt, At minimè vnquã tibi hoc à me contingat. (id eſt contingere queat) nimirum vt à me lauderis. Exiſtimo autẽ huic errori poſiti μάθῃς pro πάθῃς dediſſe occaſionem nomen quod ſequitur, μάθησις. Eandem certè erroris originem in variis autorum locis me deprehendiſſe, docebit meus De mendorum originibus liber.

PAGINA CXXXI.

V. ξυνὼ τοι] Sequutus ſum & hîc Turn. editionẽ: ſed in eiuſdem calce annotatur ξυνώ σοι, vt & cæteræ habent: niſi quod encliticum non faciunt σοι, ſcri-

bentes ξωὺ σοὶ μετ.&c.ſic verò bis hæc ipſa pagina ſcriptum habet σωὺ σοὶ,& ſemel ἀμφὶ σοὶ, & quidem in illa etiam Turn.editione.(qua de re ideo admoneo ne quis tum hoc,tum alia quædam huiuſmodi ad grammaticorum præceptiones exigat) Sed hoc non abs re mirum videri poſſit, vnde hîc ſit ξωὺ, at in illis duobus vicinis locis σωύ. Nã iudicet quidem aliquis fortaſſe (nec abs re) mollius eſſe τὸ poſt ξωὺ, quàm σοι: ſed alter locorũ in quibus legitur σωὺ σοὶ,non ſolùm vicinus eſt,ſed proximè præcedit,ὡς σωὺ σοὶ κάτω &c. vbi certè rectius poneretur μέση στιγμὴ ante ὡς:vt poſt hæc verba,-σὺ δέξαι μ' ἐς τὸ σὸν τόδε στέγος, Τὴν μηδὲν,εἰς τὸ μηδὲν,aliquãto plꝰ moræ interponatur. Miram autem gratiam habet(vt hoc obiter dicam)duplex eiuſdem vocis in vno eodémque loco vſus: prior conueniens cum eo quem habet οὐδὲν,pag.111,in οὐδέν εἰμ' ἔτι,item p. 417,οὐδέν εἰμ' ὁ δύσμορος:& 425,ἔτ' οὐδέν εἰμι. (pro quo Latini dicerent Nulla ſum, vt Nullus ſum) poſterior autẽ,idem cũ eo qui datur huic ipſi voci οὐδὲν pag.præcedente,in hoc verſu,Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν.

PAGINA CXXXVII.

V.γέλωτι] Legitur & φαιδρὸν, quod mihi magis placet. Sed in præcedente verſu dele interpunctionem ante ὡς. eſt enim ſic dictum vt ſi ita loquar, ταύτην μὴ δείσῃς ὡς ὄψεται,pro μὴ δείσῃς ὡς αὕτη ὄψεται, & quidem ponendo ὡς pro ἵνα. Quo planè modo dixit pag.141, —μηκέτ' ἐκ φόβου Μητρῷον ὥστε λῆμ' ἀτιμάσῃ ποτέ.

V. Σιγᾶν] Pro ἐξόδῳ legitur etiam ἐξόδοις. ſicut & ſuprà,pag.97.πρὸς θυρῶνος ἐξόδοις. Rectè tamen ἐξόδῳ,quum alioqui pluralis ἐξόδοις pro ſingulari ponatur.Sed malè poſt κλύω poſita fuit interpunctio, ac certè expungenda eſt.

Digitized by Google

PAGINA CXXXVIII.

V. χαίρ.]Poſt ζώπιον non habet notam interrogationis editio Turnebi, quam ego tamen neceſſariam putaui.

V. ὑπεξέπ.] Hîc προμηθία,itidémque pag.126 προμηθίας, necnon alibi: at pag. 24 προμηθία. vbi tamen ſcripturam cõſultò mutari ſciendum eſt, ob penultimam neceſſariò correptam. Idem porro admoneo & de πὰ κείνων,ac πἀκείνων. nam in quinto verſu huius pag. perperam ſcriptum habet Turn. editio πἀκείνων,pro πὰ κείνων,quum in πἀκείνων prima ſyllaba neceſſariò producatur,quæ ibi corripienda eſt:ideóque legendum πὰ κείνων. Vide hac de re & annotationem in paginam 1.

PAGINA CXL.

V. ἀρχαιοπλ.] Pro ἑδράσματα legitur & εἰδώλια. at ſchol.videtur hoc per illud explicare.

PAGINA CXLI.

T. Ω̃ παῖδες] Rectius antè εἰσορᾶτε notabitur perſona Oreſtis,& ante οὕτως rurſum Electræ.Sic autem & Flor.editio.

PAGINA CLXII.

V. Ἤ πολλά] Inuenitur & εἰωθότα :Tricl. εἰωθότως legit.

V. τὸ ζῶντ'] Legitur & φίλος pro φίλως:ſed noſtrã lectionem malo.

PAGINA CXLIII.

V. νῦν] Meritò ſuſpectus alicui fuerit hic verſus propter ἀγὼν priore longa.

PAGINA CXLVI.

V.Καὶ πεῖπον] Legitur etiam ἀμμάσει δὲ φυλώ.quod mihi magis placet.

PAGINA CXLVIII.

V.δείσαντες] Quædam exempl. habent στέξαντες, quinetiam apud Triclinium,itidémque apud alterum ſcholiaſtem extat hæc lectio:verùm ego neu-

cationi immorabor, quòd librarios nō diſtinguentes hoſce tres vſus, errorem alicubi admiſiſſe videam, cuius etiam exemplum afferam.

Ἄληθες igitur, retracto in primam accentu, interdum quidē accipitur aduerbialiter pro Verè, Reuera, Profectò. vt ab Ariſtophane in Equitibus, Ἄληθες οὕτως χρουνοχυτρολήραιον εἶ. (nam malè in Ald. exempl. ςιγμὴ poſt οὕτως poſita fuit) Οἶνον σὺ τολμᾷς εἰς ἐπίνοιαν λοιδορεῖν; In eiuſdem comici Nubibus ſciſcitanti Phidippidi, Τί δ᾽ ἂν παρ᾽ ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν; reſpondet Streplìades, Ἄληθες, ὅσα περ ἐστ᾽ ἐν ἀνθρώποις σοφά. vbi cōmodè reddi poſſit & aduerbio Nimirum. Itidem in Veſpis, vbi dicenti Bdelycleoni, Τούτοις ξυνών, τὰ σκόλι᾽ ὅπως δέξει καλῶς, reſpondet Philocleon, Ἄληθες, ὡς οὐδείς γε διακρίων δέξεται.

Interdum autem ἄληθες admirationi adhibetur, & commodè redditur per Itáne? vt apud eundem comicum, quum dixiſſet Plutus, — ἐγὼ δ᾽ ἐκεῖνον ὀρρωδῶ πάνυ, ſubiunxit Chremylus, Ἄληθες; ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων. Sic autem vſus eſt Euripides in Cyclope. nam Sileni verba excipiēs admiratione Cyclops, reſpondet, Ἄληθες; οὔκουν κοπίδας &c. ſed in vulg. editionibus omiſſa fuit interrogationis nota. Exiſtimo autem eundē vſum habere hæc duo verba ἀληθῆ λέγεις apud Ariſtoph. in eodem Pluto: ſed locus, vt iudicare de eo poſſit lector, altius repetendus eſt. Talis eſt igitur διαπληκτισμὸς Chremyli & Blepſidemi, illius quidem dicentis ſe Plutū habere domi, huius autē rem incredibilem audire ſe putantis, atque adeo planè illū mentiri credentis.
Βλ. Καὶ ποῦ 'στιν; Χρ. Ἔνδον. Βλ. Ποῦ; Χρ. Παρ᾽ ἐμοί.
Βλ. Παρὰ σοί; Χρ. Πάνυ.
Βλ. Οὐκ ἐς κόρακας; πλοῦτος παρὰ σοί; Χρ. Νὴ τοὺς θεούς.
Βλ. Λέγεις ἀληθῆ; Χρ. Φημί. Βλ. Πρὸς τῆς Ἑστίας; Sed in

Digitized by Google

ſecundo verſu (vt de hoc obiter moneam) non ſequor vulgatas editiones quæ οὐκ ἐς κόρακας iungunt cum ſequētibus. nullum enim commodum ex iſta lectione ſenſum elici poſſe exiſtimo, at ex illa mea elici vel commodiſſimum manifeſtius eſſe puto quàm vt declarari neceſſe ſit. Cæterùm quū ἀληθῆ λέγεις hîc videamus idem eſſe quod ἄληθες in locis modò citatis, dixerit forſitan aliquis in aduerbium non tranſire quum ſignificationē iſtam habet. Sed non pari gratia (atque adeo vix ſatis Latinè) reddiderimus Verúmne? ac certè tranſeunte accentu è ſuo loco in alium, tranſiſſe itidem nomen in aduerbium, perſuaſum habeo.

Aliquando etiam (qui tertius eſt vſus) ironiæ ſeruit: atque ita intelligendum puto in hoc Pluti Ariſtophanici loco, Ἄληθες. οὐ γὰρ δεινότατα δεδράκατον, Ζητοῦντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν; Sunt enim Paupertatis verba quibus contradicit his Chremyli, —οὐ γὰρ ἂν τουτονὶ ἐνέκραγες ἡμῖν οὐδὲν ἠδικημένη. Etenim ne hîc quidem vulgatas editiones ſequor, in quibus poſt ἄληθες inuenitur interrogationis nota: quam ideo poſuiſſe librarios arbitror quòd poſt ἐκβαλεῖν poſitam eſſe viderēt. Sed nihil obſtat quominus poſt ἄληθες, id eſt Scilicet, pronuntiatū ironicè, mutetur orationis forma. perinde nimirum ac ſiquis ita diceret, Scilicet, nulla me affeciſtis iniuria. Quid? conari me expellere, non eſt afficere iniuria, & ea quidem longè grauiſſima? Vt autem ad noſtrum Sophoclem tandem veniamus, ſic accipitur ab eo in Antigone, p. 244, Ἄληθες. ἀλλ' οὐ τόνδ' ὄλυμπον &c. aptior tamen fuerit ironica hæc reſponſio ſi proximè præcedentem verſum abſque interrogatione legamus. Vt autem hîc accipitur, ita & in eo de quo nunc agitur loco accipiendum, ac propterea quin ἄληθες non ἀληθὲς ſcribi debeat

Digitized by Google

minimè dubitandum eſſe dico. Sed quoniam non cuiuis fuerit peruia huius loci ſententia, aditũ ad eam patefacere conabor, & quidẽ paulo altius repetens. Dixerat igitur Œdipus, Quandoquidem mihi bilem mouiſti, nõ diſſimulabo quod de te ſentio: te videlicet vnà cum aliis cædis autorẽ fuiſſe, &c. Ad quæ reſpondet Tireſias, Scilicet ego cædis autor. Imò verò ego te dico reũ teneri eius criminis quod mihi palàm obiicis, (hoc enim eſſe puto nominis *κήρυγμα* ſignificationi) atque adeo nõ debere te poſthac neque à me neq; ab iſtis compellari, vtpote ex quo vniuerſa hæc regio piaculum contraxerit. Vt autem Græci illud *ἄληθες* ironicè vſurpãt, ſic & nos in ſermone vernaculo ironicè plerũque dicimus, *Tu dis uray*: id eſt (ad verbũ) Verum dicis: pro Scilicet verum dicis. Imò verò & *Voire* nihil aliud eſt quàm Verum ironicè dictum, (nam vetus lingua Gallica *Voire* pro *Vray* proferebat) ſed quod geminari potius ſoleat in ironia: dicitur enim *Voire uoire*, perinde ac ſi Græcè dicas *ἄληθες ἄληθες*.

PAGINA CLXVII.

V. *Εἴπω τί*] Nodum hîc in ſcirpo quærit Triclinius, ſuo more, quum optimè procedat huius loci ſententia *τὶ* accipiendo *ἀορίστως*, non autem *ἐρωτηματικῶς*, quum ſic quoque maneat interrogatiua oratio permixta dubitationi: cui etiam ſolere adhiberi ſubiunctiuum modum, ſatis notũ eſt. Sed nec video quomodo verum eſſe poſſit quod ab illo dicitur, nimirum *δῆτα* poni *διὰ μέσου* (id eſt per parenthesim, vt vulgò loquimur) & tamẽ verba ad hunc ordinem reduci, *τί δῆτα εἴπω καὶ ἄλλο*.

V. *Ὅσον γε*] Hîc quoque miror quid ſomniarit Triclinius, quum ſcripſit, *ὅσον* non poſſe iungi cum *χρῄζεις* alioqui enim dicendum fuiſſe *ὅσου χρῄζεις* (hoc enim ſignificant hæc eius verba, *τὸ σὸν μέγα ἐγκάφετ' ἄν*] quaſi verò non inueniatur *χρῄζω*

accuſatiuo etiam iunctum, pro Volo, ſeu Peto, aut Requiro: & quaſi non legamus apud Euripidem, ὅσα χρήζω: item, Σὺ δ᾽ ὡς τί χρήζων τήνδε ναυστολεῖς χθόνα; Fateor tamen alioqui commodè hîc ſubaudiri infinitiuū εἰπεῖν, cuius à Triclinio mentio fieri debuit. neque enim imperatiuus εἰπὲ quem extrinſecus ſubaudit, (vt certè ſubaudiri debet) impediet quominus χρήζεις accuſatiuum habeat: niſi & infinitiuus præterea extrinſecus addatur: vt ſit εἰπὲ ὅσον χρήζεις εἰπεῖν. Sic autem pag. 178, Τί δῆτα χρήζεις; ἤ με γῆς ἔξω βαλεῖν; & pag. 293, Τί δῆτα χρήζεις; ἐς δόμους στείχειν ἐμούς; vtrobique enim cōmodè ſubauditur δρᾶν aut ποιεῖν. Ideo autē de hac Triclinii annotatione dicendū aliquid putaui, vt cautionem in legendis eius ſcholiis adhibendam eſſe docerem.

V. Η καὶ] Scribitur & λέγειν, ſed retinenda eſt nobis lectio noſtra λέξειν.

PAGINA CLXVIII.

V. Ὦ πλοῦτε] Stobæus habet τυραννίς. quod mihi magis placet.

PAGINA CLXXVIII.

V. Τί δῆτα] Citans modò hunc locum, interrogationis notam poſt χρήζεις poſui. Atque ita fuerit ſimilis hic locus illi pag. 293, Τί δῆτα χρήζεις; εἰς δόμους στείχειν ἐμούς; niſi quòd hîc relinquitur ſubaudienda particula ἤ, quæ alteri loco apponitur. Nō dubium eſt autem quin vtrobique ſubaudiendus relinquatur infinitiuus δρᾶν, aut alius huiuſmodi. At Triclinius ſuo more nodum hîc in ſcirpo quærit.

PAGINA CLXXXII.

V. Ποίας] Legitur etiam ὑπο στραφείς. quæ lectio magis mihi placet: vt ſit, ὑπὸ ποίας μερίμνης στραφεὶς τόνδε λέγεις;

PAGINA CLXXXIII.

V. Χαῖρ᾽ ἀπημόν] Scribitur etiam γὰρ ὅδε γ᾽ ἀνὴρ &c. quæ ſcriptura

Digitized by Google

ſcriptura in contextum recipienda videtur. nec enim video quomodo ὤδ' ferri poſſit: ac ſuſpicor ex ἄδ' eſſe factum, quod (vt ſtaret verſus) aliquis in illud mutarit.

PAGINA CLXXXIIII.

V. Κού μὴ] Vel poſt στερηθῆς γ' vel poſt ἐλπίδων interpungi poſſe Tricl. exiſtimat: ego alterutro in loco poſita interpunctione præiudicium afferre nolui.

PAGINA CLXXXV.

V. καί μοι] Pro μήτε affertur & μὴ 'στι ex quibuſdam exemplaribus: quod idem cum μὴ ἔστι eſſe conſtat. Poteſt tamen ferri & μήτε, vt infinitiui ἰδεῖν & ἐμβατεύειν cum χρὴ repetito iungantur.

PAGINA CLXXXVI.

V. ὥς νιν] Legitur & κατακτεῖνειαι & quidem elegantius. nam eſt hoc vt ποιήσαιαι, illud autem, vt ποιήσαιεν.

V. τοῦτ' ἐστιν] Legitur & εἰς ἐμέ. quod tamen improbat Triclinius: ſed immeritò, meo quidem iudicio. quis enim ignorat in ἐμὲ poſteriorem ſyllabam ob ſequentem literam ρ poſſe produci? Vtitur autem (vt hoc obiter dicā) verbo ῥέπειν eodem ferè modo quo Ariſtoph. initio Pluti, Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει, Ἀλλ' εἰς ἕτερόν τι μεῖζον.

PAGINA CXC.

V. ὕψος] Pro ἄγαν legitur & αἰαῖ. quæ etiam lectio locum habere hîc poteſt: videtur tamen ſchol. legiſſe potius ἄγαν.

V. ὅπως] Rectius ſcribetur πόρῃς, vt habent quædam exemplaria.

PAGINA CXCI.

V. πρὸ τῆς] Repone πρὸς, vt in aliis codicibus legitur: vt ſit πρὸς τῆς τύχης, pro ὑπὸ τῆς τύχης. qua præpoſ. in fine verſus vtitur. At πρὸ non videtur

Digitized by Google

ferri poſſe, licet in Turn. editione habeatur. Paulò pòſt autem pro ἀγγελῶν ſcribitur & ἀγγελῶν. conuenit autem loco vtrunque tempus.

PAGINA CXCIIII.

V. Ὑμεῖς] Scribitur etiam οἱ 'πιχώριοι, & quidem rectius, vt opinor.

PAGINA CXCV.

V. ἄιξασα] Legitur & ἀΐξασα. ſed retinenda eſt nobis altera lectio, vt apparet ex iis quæ dixi in quendam locum Aiacis, pag. 3.

V. πότ'] Affertur & alia lectio, videlicet ὥς τί μ' ἐκμαθεῖν: ſed noſtra potior videtur. Expungenda eſt autem quæ ante ἐν habetur interpunctio.

PAGINA CXCVI.

V. πρέσβεις] Legitur & πρέσβυν. quam lectionem ſequendo (vt certè ſchol. eam ſequutus eſſe videtur) non fuerit ponenda hypodiaſtole ante πυθμᾶσθαι.

PAGINA CXCVII.

V. προὔχοις] Crediderim interpungendum potius eſſe poſt τάχ' ἂν του quàm poſt προὔχοις.

PAGINA CXCVIII.

V. Τίνος] Scribitur & τόνδε, ac fortaſſe melius.

V. Ἀλλ' εἰς] Poſt τοὐνδικον habet interrogationis notam editio Turnebi, ſicut & ſuperiores: at ego in mea retinere eam nolui, quòd nullum ei locum eſſe putem. neque enim interrogat Œdipus an ſit venturus εἰς τόδε, videlicet τὸ ὀλέσθαι, ſed minitatur fore vt eò veniat niſi verum dixerit.

V. Οἴμοι] Pro λέγειν habent quidam codices λέγων, quod certè conueniet cum ſequēte ἀκούων, vtpote in quo eadem verba ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetenda eſſe manifeſtū ſit. Puto autem hunc eſſe ſenſum, ſequendo hanc lectionem, Hei mihi, inter exponendum tibi hanc rem, ad eam tandem partē pro-

Digitized by Google

pè accedo quæ periculoſa eſt. Ad quæ Œdipꝰ, Ego itidẽ te audiens, ſum propinquꝰ periculo. Sed quid ſi potius λέγειν retineamus, itidémq; ἀκούειν ſcribamus? vt ſit δεινὰ λέγειν, eo quod graue dictu ſit, itidémq; δεινὰ ἀκούειν, quod graue ſit auditu: hoc ſenſu, Si tibi iam eò deueniendũ eſt vt dicas quod eſt δεινὸν λέγειν, & ego viciſſim eò deuenire cogor vt audiam quod eſt δεινὸν ἀκούειν: atque ita cõmuni metu corripimur. Vel, Si tibi inſtat tempus dicendi, & mihi audiendi.

PAGINA CXCIX.

V. Ω γῆν.] Scribitur & ὑμᾶς. ſed ferri etiam poteſt ἡμᾶς.

PAGINA CCI.

V. μάλιστα] Legitur & αἶ φανῶσ' ſine ἄν. quæ particula huic loco aptiſſima eſſe, ſed eius prior litera durè hîc ecthlipſin pati videtur.

V. ὅμως] Si legatur κἀν ſine accentu, iungetur cũ datiuo ἐμοὶ, vt ſit pro καὶ ἐν ἐμοί.

PAGINA CCII.

V. πλεκταῖς] In edit. Turn. habetur ἀώραις, & in eadem annotatur altera lectio αἰώραις. At ego ἀώραις quidem per errorem irrepſiſſe puto, at αἰώραις verſum ingredi non poſſe manifeſtum eſt. Retinendum igitur dico ἑώραις: quam lectionem confirmat non ſcholiaſtes ſolùm, ſed Euſtathius quoque.

PAGINA CCVIII.

V. οἷον] Legitur & οἴῳ. ſed dicitur βιῶναι βίον, non βίῳ, quod ſciã. At ſchol. οἷον pro πῶς accipit: quod non probo.

PAGINA CCXIII.

V. ἐπεὶ] Legitur & Ἀργείων.

V. Οὐ γὰρ] Turn. editio νῷιν habet: quod & Tricl. agnoſcit, vt ſit συνίζησις: ſed rectius fortaſſe νῷν, vt in aliis exempl. atque adeo in aliis illius ipſius editio-

c. ii.

nis locis:vt in verſu ſecundo pag.215. vbi tamen alioqui Tricl. *νῶϊν* itidem ſcribit. Sed cur minus ibi *νῷν* legamus pro *νῶϊν*, quàm *νῷ* pro *νῶϊ* in decimo eiuſdem pag. verſu? Fateor tamen legi & alibi *νῶϊν*, ſicut & *σφῶϊν*, vbi verſus diſyllabam vocem poſcit, vt pag. 69, in fine.

V. *νῷν δ' αὖ*] Scribitur etiam, *μόναι δὴ νῷ λελείμμεθον*.

PAGINA CCXVI.

V. *Οἴμοι, τάλ.*] In aliis, *οἴμοι τάλαινης*, deinde *ὡς ὑπερδίδοικά σου*. ego malui poſt *οἴμοι* interpungere, vt ſit *ὡς ὑπερδίδοικά σου τάλαινης*.

V. *Ἀλλ' οὖν*] Legitur & *προμηνύσεις*: at Tricl. *προμηνύσεις* à poeta pro *προμηνύσῃς* poſitum ait.

PAGINA CCXVII.

V. *Εἰ ταῦτα*] Inuenitur & *ἐχθαρῇ*: ſed vt hîc *ἐχθαρῇ*, ſic in Aiace *ἐχθραντέος*, pag. 41.

PAGINA CCXIX.

V. *παλτῷ*] Ante *βαλβίδων* alii hypoſtigmen tantùm ponunt: quæ lectio commodior videtur. nam hoc participium *ὁρμῶντα* durè ponetur tanquam *ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς*, perinde ac ſi eſſet *ὥρμα τε*. Certè ſi vnum duntaxat fulmine ictum intelligamus, ne vlla quidem interpunctione poſt *πυρὶ* opus erit: ſed dicere poterimus (meo quidē iudicio) voluiſſe ſignificare Sophoclem, Iouem totius exercitus inſolentiam in vno eius duce punire voluiſſe.

PAGINA CCXXII.

V. *πλέοντες*] Legitur & *ὀρθῶς* pro *ὀρθῆς*. At verò in ſeptimo abhinc verſu *ἀφανίσαι* non poſſe ſtare manifeſtum eſt, quum nec ſignificationē loco aptam habeat, nec à metro ferri poſſit. Sic tamē cum in aliis editionibus, tum in ea quam Turnebus edit, legitur: ſed in eius calce annotatur *ἱφαγίσαι*. Ego *ἀφαγίσαι* malim: quippe qui hanc lectionem *ἀ-*

Digitized by Google

φανίσαι reliquias illius ἀφαγνίσαι eſſe putem, omiſſo videlicet γ. At pag. 236 vtitur ſimplici verbo ἁγνίσαι. Addo autem, tollendam eſſe poſt hunc infinitiuum interpunctionem.

PAGINA CCXXIII.

V. πολλάς] Pro ἔχον legitùr & εὗρον.

PAGINA CCXXIIII.

V. Φράσαι] Legitur & πρῶτα pro ταῦτα. Paulo poſt σημανῶν pro σημαίνων.

PAGINA CCXXVII.

V. Τί δαὶ] Sunt qui τί δαὶ cum ῥυθμίζεις iungant: ego ſeparandum puto: vt ſit, Quid? etiámne audes examinare &c. Fuerit autem more noſtro ponenda poſt δαὶ interrogationis nota.

V. Τὰ δεινὰ] Affertur & alia lectio τὰ δειλὰ, cuius ſchol. etiam meminit. Quæ etiam lectio locum habere poteſt, quum δειλὸν pro κακὸν dicant Græci nō tantùm de perſona, ſed de re etiam: vt in Pythag. carm. λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί. Nihil autem aliud hîc dicere vult quàm quod initio paginæ dixit, ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων &c. quæ cōueniunt cum iſto ſenario, Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἀεὶ φέρει.

PAGINA CCXXVIII.

V. πτερῶν] Legitur & πλερῶν, & quidem in Turn. etiam editione: ſed per errorē irrepſiſſe puto. Item paulo pòſt παλλομένων pro εἰλουμένων, pro quo ſchol. ἱλλομένων. Et ſeq. verſu, ἔπος ἐς ἔπος. (ſchol. autem habet ἔπος ἐξ ἔπους, ſiue ita legens, ſiue pro expoſitione afferens) At pro πολεύων (quod in πολεῦον mutandum cenſeo) annotatur πορεῦον.

PAGINA CCXXX.

V. Ἥδ' ἔς] Legitur & ἐκείνη. in qua lectione durè omittetur articulus, vt in noſtra duriuſculè eliditur η pronominis ἐκείνη. At ἐκείνῃ cum ι, quod e-

tiam annotatur, non video quem hîc locum habere poſſit.

PAGINA CCXXXII.

V. τούτων] Hîc repono τοῦτων γὰρ, vt p. 48, Οἵ γὰρ repoſui. Pro quibus meis caſtigationibus facit ἅ 'γὼ p. 57. Sed & alibi eadē in hoc pronomine ἔκθλιψις occurret, atq; adeo in aliis etiam pleriſq; vocibus.

PAGINA CCXXXIII.

V. μῦθος] Scribitur & ἰσχόμην: malo ἠὐσχόμην, quod & ſchol. agnoſcit, ſyncopen antē habet minimè nouam.

V. ἀλλ' εἴτ'] Annotatur & ἐμαιμονεστέρα. quod & ſchol. ſequitur in ſua expoſitione: ſed ἀδελφῆς accipit pro ἐξ ἀδελφῆς, quum alioqui videatur vtrobique nominatiuo opus eſſe. Cæterùm legitur & ἢ νῦν, vacante νῦν: quod malo.

PAGINA CCXXXIIII.

V. φιλεῖ] Pro κλοπεὺς annotatur & κλοπαῖς. ego κλοπεὺς retinendum cenſeo, non aſſentiens tamen ſcholiaſtæ exponenti ὁ θυμὸς προκλέπτεται &c. atque accipienti προκλέπτεται pro Ante detegitur & patefit, (vt quidem apparet ex iis quæ ſubiungit) quum verbum hoc contrariam ſignificationem habere debeat. Puto igitur rectius legi κλοπεὺς, & quidem hoc ſenſu, θυμὸς τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων, qui eſt κλοπεὺς (id eſt qui eſt ille δι' οὗ κλέπτουσιν ἐκεῖνο ὃ τεχνῶνται) φιλεῖ πρόσθεν ᾑρῆσθαι &c. id eſt, Mens eorū qui aliquid ſceleris clàm moliuntur, quū alioqui ſit illius occultatrix, ſolet tamen prius deprehendi. id eſt, Solet vultus eorum qui ſcelus moliuntur, certis quibuſdam indiciis detegere mentē & trepidam conſcientiam eorum qui &c. Quò pertinere videntur hi ſenarii Menandri, Ὁ συνιστορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος, Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ. id eſt, Sibi conſciū, licet virum audaciſſimum, Timi-

Digitized by Google

diſſimum facit ipſa conſcientia.

V. Οὐ μἀρτ.] Legitur & ὁ κτ᾽ χθονός νέκυς. quam lectionem ſcio nõnullis magis probari, quòd periſſologiam habere videatur κατθανών adiunctum nomini νέκυς. At ego reſpondeo φιλόμηρον Sophoclem hîc quoque Homerum imitari voluiſſe, iungẽtem κατατεθνειῶτες cum νέκυες, item cum φθίμενοι. vt Od. λ, — αἱ δ᾽ ἀγέροντο ψυχαὶ ὑπὲξ Ἐρέβους νεκύων κατατεθνειώτων. Et ibidem, Ἤ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Credibile eſt autem hanc lectionem κτ᾽ χθονὸς ex 23 verſu huius paginæ irrepſiſſe. ſed ibi pro κτ᾽ χθονός quidam codices habent κατανπίον.

PAGINA CCXXXV.

V. Ἀλλ᾽ οὐχ] Pro ἴσον legitur & ἴσος. quæ lectio magis mihi placet, quòd ſubaudiendum relinquat verbum ἐστί, quod ſæpe ſubaudiri ſolet. at legendo ἴσον, non itidem in promptu ſit verbum quod ſubaudiri debeat. Alioqui ſi quiduis, modò conueniens loco, extrinſecus afferre liceret, afferrẽ ἄξιός ἐστι. Sed legendo ἴσος, fateor minus vſitatè dici οὐκ ἔστιν ἴσος λαχεῖν, pro Non eſt illi ius par ſortiendi. In præcedente autem verſu admonet ſchol. legi ἴσοις: quam lectionem probo. ſed ita tamẽ vt non pro νόμοις ſed pro τύποις reponatur. Credo enim illũ ſcholiaſtem ſcripſiſſe, τοῖς νόμοις τύποις, deinde γρ᾽ ἴσοις.

V. λήθ.] Commodè (meo quidem iudicio) parentheſeωs notis includentur hæc verba, οὐδ᾽ ἐμαίθανον &c, vt videlicet eam ab οὐδ᾽ ἐμαίθανον incipiamus, & in θρόνων finiamus. Alioqui hæc verba οὐ δ᾽ ἢ &c. interrogatiuè legenda fuerint.

V. Ἀλλ᾽ ἐν] Si hypodiaſtole poſt αἰσχύνομαι expungatur, iungetur cum ποιουμένη.

PAGINA CCXXXVI.

V. Σοὶ γοῦν] Pro κακῇ legitur & κακοῖς: ſed nõ dubito quin aptius ſit κακῇ, vt ſubaudiatur ἀδελφῇ.

Digitized by Google

cum σοὶ autem manifeſtum eſt ſubaudiri ἐξέστη, vel οὐκ ἔμεινεν, ἀλλ' ἐξέστη, ex verſu præcedenti. nam quũ dixiſſet Iſmene, mentem ſeu prudentiam in rebus aduerſis non permanere, (quò pertinet illud Ouidianum, Crede mihi miſeros prudentia prima relinquit, Et ſenſus cum re conſiliũmque fugit) excipit Creon, (detorquens πράσσειν κακῶς in πράσσειν κακά) Tibi quidem certè non permanſit, quum in animũ induxiſti improbè cum improba agere. At ſcholiaſtæ Græci expoſitio nõ ſatis emendatè ſcripta eſſe videtur.

PAGINA CCXXXVII.

V. θρήνοισι] Poſt ἔρεβος habetur ὕφαλον in edit. quæ Turn. editione priores ſunt, agnoſcitúrque à ſcholiaſte: ego illam hîc, ſicut & in aliis pleriſque huiuſmodi locis, (id eſt in quibus vel pauciora vel plura ſunt quàm in aliis edit. verba) ſequutus ſum, vtpote & cum exemplari Triclinii, & cum metrorum dimẽſione quæ ab eo traditur, conſentientẽ.

PAGINA CCXL.

V. νέατον] Inter hunc verſum & proximè ſequentem inſeritur hic in iiſdem illis editionibus, τῆς μελλογάμου νύμφης. de quibus verbis idem dico quod de ὕφαλον in proximè præcedente annotatione dixi. Sed & hoc addo, videri poſſe hæc verba ex ſcholio irrepſiſſe, præſertim quum μελλόνυμφος ſtatim pòſt vocetur quæ hîc πάλις.

V. ὦ παῖ.] Si diſtinguatur poſt κλύων, puto ſubaudiri debere ἕνεκα cum genitiuo μελλονύμφου: ſin nulla ibi interpunctio ponatur, poſt μελλονύμφου ponenda fuerit, vt ſit pro τὴν κατὰ τῆς μελλονύμφου. Commodè verò & ante μὴ hypodiaſtole adderetur, quũ ἄρα μὴ ad πάρει feratur.

PAGINA CCXLI.

V. τὴν παῖδ'] Pro τινὶ legitur & τινά. Iſocrates cer-

tè accuſatiuo iunxit, ſed viro tribuens, in Helenes encomio, τούτῳ δὲ [τῷ κύκνῳ] πάλιν ὁμοιωθεὶς [ὁ Ζεὺς] Λήδαν ἐνύμφευσε. Eubulus autem comicus accuſatiuo rei iunxit, dicens de viro itidem λέχη σκότια νυμφεύειν. At Lucianus datiuo iunxit, μεταβατικῶς vſurpans, in libello De aſtrologia, ὅθεν νομίζουσιν ὅτι Δαίδαλός μιν [videlicet τὴν Πασιφάην] τῷ ταύρῳ ἐνύμφευσεν. Sed pro futuro νυμφεύσειν crediderim potius ponendum eſſe præſens νυμφεύειν.

V. Ἡμῖν] Pro κεκλέμμεθα annotatur & κεκλίμμεθα. ego illud quidem durum, at hoc planè alienũ eſſe pũto. Obtinet autem κεκλέμμεθα, vt opinor, locum præſentis κλεπτόμεθα: quod vel accipietur pro Celamur. (q.d. Niſi præ ſenectute celamur ea, quibus prudentia ineſt, id eſt, Niſi nos fugiunt ea, nec præ ſenio dignoſcere poſſumus) vel pro Decipimur, Fallimur. vt infrà, videlicet in fine pag. 263, κλέπτομαι ſchol. exponit ἀπατῶμαι. Euripides quoque in Troadibus κλέπτομαι φρένας pro ἀπατῶμαι dixit. Sed & actiua vox κλέπτουσι ſic accipitur infrà, pag. 339. At verò pag. 346 ἐκκλέψῃς λόγον pro Celes, id eſt κρύψῃ. quo verbo vtitur pag. ſequente in eadem ſignificatione.

PAGINA CCXLII.

V. Σοῦ δ' οὖν] Legitur etiam σοὶ δ' οὖν πέφυκα, eodem ſenſu. Item, σὺ δ' οὖν πέφυκας, cuius lectionis meminit & ſcholiaſtes. Ego rectius πέφυκα ſcribi, ſiue cum σοῦ, ſiue cum σοὶ, (malim tamẽ cũ genitiuo) & hũc eſſe loci iſtius ſenſum exiſtimo, Sed natura ſeu naturale officiũ (id eſt quod natura præcipit) hoc à me poſtulat, (aut, Sed naturalis amor ad hoc me impellit) vt tibi proſpiciens, animaduertã quæ quiſq; dicat aut faciat, aut in quibus te vituperare poſſit. Vel, Soleo, pro eo qui mihi à natura inſitus eſt erga te amore, proſpicere &c. Sed quid de

datiuo λόγοις dicemus? ſcholiaſtes ſubaudit χεῦσαι: at hic infinitiuus non video quomodo cum præcedentibus cohærere poſſit. nam σὺν ὄμμα δεινόν ἐστιν ὥστε χεῦσαι (ſi fortè quis huc confugiat) quem tandem ſenſum habebit? Vt igitur liberè proferam quod ſentio, hunc verſum, τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ, vel includendum parentheſi crediderim, & exponendum, Tuus enim aſpectus populo eſt formidabilis: vel ſuo loco mouendũ, id eſt ei qui illum proximè ſequitur, poſtponendum (cuiuſmodi errores in quibuſdam aliorum etiam poetarum locis deprehendũtur.) Vtrumlibet autem fecerimus, datiuus ille λόγοις cum ψέγειν aptiſſimè iungetur, & ἐμοὶ δ' ἀκούειν reſpiciet illud, τὸ γὰρ σὸν ὄμμα, ac velut ei reſpondebit.

V. ὁρᾷς] Diſiunctim etiam ſcribitur παρὰ ῥείθροισι: ego παραρρείθροισι malo, imò verò ne ferri quidem poſſe alteram illam lectionem puto. Verùm παραρρείθροισι non expono Præterfluentibus (vt vulgò exponi ſolet) ſed Qui alueo ſuo & quaſi fluentis ſuis ſe efferunt, & qui (vt Virgilius loquitur) ripas non curant. Non ignoro alioqui ῥείθροισι χειμάῤῥοις poſſe dici (vt ab Homero ποταμοὺς χειμάῤῥοον, & à Virgilio eum imitante, torrentia flumina) ſed παρὰ tunc nullum locum haberet, quum datiuus ab ὑπείκει regatur, præpoſitionem illam minimè admittens. Cæterùm facetè ad hos verſus alluſit Antiphanes tanquam per parodiam, ſuis iſtis verſibus, (legitur autem & ibi perperam παρὰ ῥείθροισι)

Ὁρᾷς γὰρ παραρρείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
Δένδρων ἀεὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν
Βρέχεται, μέγεθος καὶ κάλλος οἷα γίγνεται·
Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' οἱονεὶ, δίψαν τινὰ
Ἢ ξηρασίαν ἔχοντ', αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Affertur autem hoc exemplum ad confirmationem illius a-

Digitized by Google

xiomatis quo dixerat ζῆν eſſe idē quod πίνειν. Interrogant enim, — τί δὲ ζῆν εἰπέ μοι τί ἐστι, reſpondetur, τὸ πίνειν, φήμ' ἐγώ. quibus ſubiungũtur illa, Ὁρᾷς &c.

PAGINA CCXLIII.

V. αὔτως] Legitur & ἐξ κρατῆ πόλει: ac tum ἐγκρατῆ exponitur ἰσχυρόν.

V. ἄκη] Scribitur & θυμῷ. verùm ſi εἴκει θυμῷ ſcribamus, nouam dabimus huic loquendi generi ſignificationē: (nā εἴκει θυμῷ in ea ſignificatione qua dicit Homer. εἴκειν θυμῷ, vel ᾧ θυμῷ, nullũ hîc locũ habet) ſin θυμοῦ ſcribamus, nouā conſtructionē habebit εἴκω, iunctũ quidē certè illi nomini aut alii huiuſmodi. Siquidem genitiuo iungi ſcio, ſimúlque datiuo perſonæ, interdum, ſed aliter ſumptũ.

V. φρονεῖν] Poſt φύσιν malim abeſſe interrogationis notam. nam δὴ accipio pro Scilicet. ſeruit enim ironiæ: quem huius particulæ vſum apud Thucydidem quoque, alióſque veteres ſcriptores obſeruaui. Sed τηλικοίδε malè exponitur vulgo Tanti, ſicut πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν, malè Ab homine tanto, vel tali indole prædito. Vtrunque enim ad ætatē refertur: hoc ſenſu, Ego qui ſum tam ſenex, à tam iuuene prudentiam diſcam ſcilicet. q. d. Ego cui tantum eſt annorum, ab eo cui eſt tantulum, diſcam &c. Sic autē accipi vel ipſa Hæmonis reſponſio oſtendit, quum dicit, εἰ δ' ἐγὼ νέος &c.

PAGINA CCXLIIII.

V. Βούλει] Malim hæc ſine interrogatione legere, vt admonui ſuprà in annot. in paginam 166.

V. Οὔ φησι] Videtur ſcholiaſtes interpunxiſſe poſt οὔ: hoc ſenſu, οὐκ ἐπείληπται τῇδε τῇ νόσῳ, ὥς γε φησὶν &c. Sed multo commodior eſt altera lectio: vt ſit οὔ φησι pro Negat, aut etiam ſimplicius, pro Non dicit. q. d. Non equidem totius ciuitatis iudicio. Ad quæ reſpondet Creon, Itáne ciuitas legem mi-

hi imponet? Vel,Itáne ego in rebus agendis à ciuitatis pendebo iudicio?

PAGINA CCXLIIII.

V.O γοῦν] Hæc quoque nõ video quomodo interrogatiuè legi poſſint:vt omittã,non ſatis aptam interrogationi eſſe particulam γοῦν. At ſine interrogatione & ſenſus eſt cõmodiſſimus, & γοῦν eandem quam paſſim ſignificationem habet. Nam quum dixiſſet Hæmon, Nequaquã me rebus turpibus deditum comperies, reſpondet Creon, Tua quidem certè oratio eſt tota de hac. q. d. Niſi turpi mulieris huius amore captus eſſes, eámq; amore impotente deperires,non ſemper eam in ore haberes,nulláque niſi de ea verba faceres.

PAGINA CCXLV.

V. ἔρως] In Turn. editione non præfigitur hîc perſona chori. ſed hoc in loco ſequi eam nolui,ſicut nec in aliis pleriſque.

PAGINA CCLV.

V. εἰς γοῦν] Legitur & θᾶκον,vt initio OEdipi Col. habes θακοῦσιν.

PAGINA CCLVI.

V. σὺ ἥδιστον] Pro λέγει ſcribitur & φέρει.

V. ἀπέρακτος] Sequutus ſum in hoc verſu Turn. editionem,& cũ ea cæteras quoq;,quæ vno omnes conſenſu ἀπέρατος habent hoc in loco: at ego contrà ab omnibus diſſentiens ἀπέρακτος reponendum eſſe contendo, reſpiciens nõ ſolùm ad ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι, ſeu κἀμπεφόρτισμαι,(quæ velut per epexegeſin poni videntur) ſed etiam ad id quod in fine paginæ ſequentis dicit idem Creon Tireſiæ, Ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα. Et pro ἀπέρατος facit item hic verſus pag. 417, non procul à fine, Οἴμοι, πέπραγμαι κἀπόλωλ᾽. σὺ δ᾽ ἦν ἄρα &c. vbi obſeruari etiam poteſt α longum in πέπραγμαι, ſicut in

ἄπρατος,ſi quis fortè de eo dubitarit. Ad eius autem ſignificationem quod attinet, eadem planè metaphora dicitur hîc πέπραμαι qua diceretur Gallicè *Ie ſuis uendu.* quum enim videmus nos ſubdolis alicuius artibus circunuentos teneri, aut etiã proditione, ita ſolemus loqui, *Ie ſuis uendu, Ie ſuis trahi,* id eſt(ad verbum) Venditus ſum, Proditus ſum. In hoc tamen loco, οὐκ εἰμὶ ἄπρατος μαντικῆς, nõ tam proditio quàm doli & impoſturæ quædam quaſi nundinatoriæ ſignificari videntur, ſicut & pag. ſequente ἐμπολήσων τὴν ἐμὴν φρένα. Aptiſſimè autem vtitur huiuſmodi verbis de eo hominũ genere loquens cui alioqui inexplebilem quandã lucri auiditatem paſſim exprobrat, tanquam videlicet nihil ſit ex quo illud non eliciat. Sed quomodo illud ἄπρατος μαντικῆς, pro οὐ πεπραμένος ὑπὸ μαντικῆς dictum fuerit? Ego eadem planè forma qua κείνης διδακτὰ, & οὐμπολητὸς Σισύφου, dictũ eſſe reſpondeo. Habemus enim pag. 97, Ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα Κείνης διδακτά· κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις. vbi κείνης διδακτὰ nemo inficiari poſſit eſſe pro ὑπ' ἐκείνης δεδιδαγμένα. Habemus item pag. 401, οὐμπολητὸς Σισύφου, vbi ὁ ἐμπολητὸς Σισύφου dici itidem pro ὁ ἠμπολημένος ὑπὸ Σισύφου, fatebuntur omnes. Addam verò & aliud, non mirum nobis debere videri ἄπρατος hîc tranſiſſe in ἄπρακτος librariorum incuria, in loco alioqui difficili, quum eundem errorem in Luciani loco alioqui facillimo admiſerint. In illo enim feſtiuiſſimo dialogo qui βίων πρᾶσις inſcribitur, editio Aldina, pag. 76, circa finem, habet, ἄπρακτος ἔοικεν ὦ Ζεῦ οὗτος ἡμῖν μένειν, itidémque legitur in cæteris quoque editionibus (vtpote Aldinam ſequutis) hic locus: quum tamen manifeſtiſſimum ſit, atque adeo luce clarius, ſcribendum eſſe ἄπρατος. (vt omittam multo commodius ſcri-

ptum iri μυρεῖν quàm μύρειν) Hic inquā locus minus mirū nobis videri ſinet habere ἄπρακτος omnes, quæ quidē in manus meas peruenerunt, editiones nimirum Florentinā, Aldinā, Germanicā, Colinæicam, illam denique cæteris poſteriorem ſiue Turnebicā ſiue Triclinianam appellare quis mauult.

Verùm occurrit alius nodus, videlicet quod ad interpunctionem attinet. nam ſi στιγμὴν poſt γένους collocemus, (vt vno itidem conſenſu eam collocant omnes illæ editiones) deinde ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς (vt loquuntur grammatici) legamus, ἐξημπόλημαι &c. quem tandem idoneum ſenſum ex toto hoc loco eruemus? Vt igitur ab illarum editionum conſenſu diſſenſi in ἄπρακτος, ita & in hac interpunctione diſſentio, & poſt εἰμὶ quidem μέσην στιγμὴν ponendā cenſeo, at eam quæ eſt poſt γένους, tollendā: vt ſit, ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι ὑπαὶ γένους τῶνδε. tūc autē procedet optimè huius loci ſententia. Sed & hoc animaduertendum fuerit, ſubiungi τῶν δ' ὑπαὶ γένους, perinde ac ſi præcederet nō μαντικῆς, ſed μάντεων. hanc autem orationis ἀνακολουθίαν ſibi permittere interdum nō tantùm poetas, ſed cæteros quoque ſcriptores, multis exemplis alibi docebo. Dicit autem γένους τῶνδε hîc eo ſenſu quo Plato dixit τὸ τῶν φιλοσοφούντων γένος, Cicero philoſophorum nationē. Quòd ſi poſt γένους relinquenda eſſet interpunctio, (quod tamen fieri debere nego) ſatius foret poſt εἰμὶ abeſſe hypodiaſtolen, vt & in cæteris omnibus ſuperiorum temporum editionibus abeſt, præterquam in illa Turnebi.

V. ἐξημπ.] Altera lectio κἀμπεφόρτισμαι (quam & ſchol. habet) haud paulo magis mihi placet. Erit autem κἀμπεφόρτισμαι pro καὶ ἀναπεφόρτισμαι, vt κἀκπεφόρτισμαι pro καὶ ἐκπεφόρτισμαι. Sed illius metaphora ſumpta videtur ab iis qui φόρτον quem lucrifece-

Digitized by Google

runt, in humeros ſuos tollunt, aut equi dorſo imponunt. Quæ tamen ita dico vt interim alteram lectionem non prorſus reiiciam.

PAGINA CCLIX.

V. Οἴμοι] Legitur & χαρδίᾳ, ſed malo χαρδίας (nō χαρδίᾳ, vt per imprudētiā in meo Theſauro Græcæ linguæ ſcripſi) vt ſit τὸ δρᾷν pro εἰς τὸ δρᾷν: hoc ſenſu, Ægrè quidē, ſed in duco tamē in animū id facere, mutādo quidē illum ab eo q antea fuit. q.d. χαρδίας ἐξιστάμενος τῆς προτέρας, ἤγουν γνώμης, ἀναπείθομαι δρᾷν.

PAGINA CCLXI.

V. λαβὼν] Aptius ſcriberetur λαβὼν δὲ &c.

V. ὅταν προδ.] Legitur & ἄνδρας, ſed nō dubium eſt quin ἄνδρες retineri debeat, vt ſit per enallagen dictum, ὅταν ἄνδρες προδῶσι τὰς ἡδονὰς, pro ὅταν αἱ ἡδοναὶ προδῶσιν ἄνδρας. (niſi quis προδῶσιν vertat Reliquerint, aut Miſſas fecerint) Fortaſſe autem propter mutationem numeri aliquis ἄνδρα repoſuit, ex quo deinde factum fuit ἄνδρας: ſed minimè noua videri illa debuit. Extat verò & tertia lectio, hæc videlicet, — τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν ἀνδρὸς, οὐ τίθημ' ἐγὼ quibus ſubiungitur, Πλοῦτει &c. omiſſo verſu quem hîc interiectum habes. Sed noſtra lectio Athenæi quoque autoritate comprobatur. Cæterùm non dubito quin Antiphanes ad hunc locum reſpexerit, vel potius eum exprimere voluerit, quum ſcripſit, Εἰ γὰρ ἀφέλοι τις τοῦ βίου τὰς ἡδονὰς, Καταλείπετ' οὐδὲν ἕτερον ἢ τεθνηκέναι. Sed & Mimnermi huc pertinens elegeion à Plutarcho aliiſque nonnullis affertur, Τίς δὲ βίος, τί τὸ τερπνὸν ἄνευ χρυσῆς ἀφροδίτης; Τεθναίην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα πέλοι. (ita enim legere malo quàm μέλοι) cuius loci meminit Horatius.

PAGINA CCLXVI.

V. Αἶ αἶ] Annotatur & alia lectio κακείαν, cuius etiam ſchol. mentionem facit. Legimus certè αἰ-

παίαν πληγὴν apud Euripidem quoque: ſed hîc diphthongum *αι* in *αἰτάιαν* corripi, videri durum poſſit.

PAGINA CCLXVII.

V. *πρὸς τῆς*] Scribitur & *μόρῳ*: ſed germana lectio eſt *μόρων*. eſt enim hæc grammatica iſtorum verborum ſtructura, *ἐπισκήπτου ὡς ἔχων αἰτίαν μόρων τῶν δε κἀκείνων.*

V. *βράχιστα*] Affertur & alia lectio, *κάκιστα* pro *κράτιστα*. ſed hæc lectio *κάκιστα*, eſt *κακίστη*, id eſt peſſima. vult enim ſignificare chorus mala quæ breuiſſima ſint, ea eſſe optima. id eſt, optimam eſſe in malis breuitatem. q.d. Siquis cauere non potuit quin incideret in mala, nihil potius eſt quàm eorum breuitatem modis omnibus quærere. Quò pertinet prouerbium Gallicũ, *Les plus courtes folies ſont les meilleures.* Reſpiciunt autem hæc illud quod dixerat Creon, *ἄγετέ μ' ὅτι τάχος*. at ſcholiaſtes in huius verſus expoſitione, nodum in ſcirpo quærit.

PAGINA CCLXX.

V. *στέργειν*] Legitur & *παρῶν* pro *ξυνών*: ſed noſtrã hanc lectionem illi præfero, vt quemadmodum dicitur aliquis *συνεῖναι γήρᾳ*, (eadem forma qua *συνεῖναι πενίᾳ* pro *συζῆν πενίᾳ*) ita viciſſim dicatur *γῆρας συνεῖναι τινί*. nam *χρόνος μακρὸς* eſt *γῆρας*.

V. *ἀλλ' ὦ*] Sunt qui *εἴ ξένα βλέπεις* interpunctionibus includant.

PAGINA CCLXXI.

V. *χῶρος*] Pro *ὡς ἀπεικάσαι*, legitur *ὡς σάφ' εἰκάσαι*, At p. 276 habetur *ὡς ἐπεικάσαι*. Atque vt ibi rurſum *ὡς ἐπεικάσαι*, ita viciſſim *ἀπεικάσαι* rurſum habetur p. 336. Sed in eadem tragœdia legimus etiam *ὥς τ' ἐπεικάζειν*, videlicet pag. 174. Sic & alibi Hῦ *καὶ δάμαρτα τὴν δ' ἐπεικάζων κυρῶ.*

V. *σκο-*

V. σκοπὸς] Scribitur & ἀδηλουμένῳ, pro ἀδηλουμένῳ, ſed perperam, meo iudicio: licet Turn. etiam editio lectionem illam in textu habeat. Vt autem ἀδηλουμένῳ exponit ſcholiaſtes ἀγνοουμένῳ, ſic ἀδηλίαι, Heſychius ἄγνοιαι.

PAGINA CCLXXII.

V. Τιόνδ᾽] Scribitur & περιτρέπω, ſed retinendam eſſe noſtram lectionem apparet ex iis quæ annotaui in quendam locum paginæ 50.

PAGINA CCLXXIII.

V. Καὶ κάρτα] Poſt καὶ κάρτα lubenter diſtinxerim, vt ſit & κάρτα (pro quo in proſa καὶ μάλα) ſubaudito ex præcedente verſu ναίουσι τινές: deinde ſequatur ἐπώνυμοί γε, reddatúrque γε, Et quidem.

PAGINA CCLXXVI.

V. κἀπὶ] Scribitur & ὥρμων, ſed rectius ὥρμουν. Item pro κάσανδρος legitur & κάσυγρος.

PAGINA CCLXXVIII.

V. Λέγ'] Pro ἰδρύεις legitur & βαίνεις: quod ſi metri menſura admittat, malim.

PAGINA CCLXXXII.

V. οὐκ ἔστιν] Legitur & φαιδρὸν οὖν. Siue autem φαιδρὰ ſiue φαιδρὸν legatur, non dubium eſt quin aduerbialiter accipiatur pro φαιδρῶς: ſed illam lectionem non hanc agnoſcit ſchol.

V. Ὦ τέκνον] In aliis διέμορ' ἱστορᾶν, vt ſtatim pòſt διεμόρου: ſed molliorem verſum efficit altera lectio.

V. Πότερα] Legitur & λόγον, quod melius cum αὐτάγγελος conuenire videtur. alioqui datiuus λόγοις dicetur reſpicere præcedentem datiuum πόθοισι.

V. Οἱ δ᾽ αὖ] Pro αὖ ὅμαιμοι, ſeu αὖθ᾽ ὅμαιμοι (vt habent quidam codices) eſt & alia lectio, ſed nihil ſenſum immutans, videlicet οἱ δ᾽ αὐθόμαιμοι. Verùm ante τοῖ in cæteris quoque editionibus poſita eſt interpunctio, quæ tamen expungenda videri poſ-

d. i.

ſit ſi ſcholiaſtæ expoſitionem ſequamur, qui τοῖ νεανίαις ποιεῖν explicat πρὸ τοῦ ποιεῖν εἶσι,(ita enim ibi repono,non ſine quorundam exempl. autoritate) iungens,vt opinor,ὅμαιμοι,ſeu αὐθόμαιμοι,cum νεανίαις:hoc modo,οἱ δ' αὐθ' ὅμαιμοι νεανίαις πρὸ τοῦ ποιεῖν εἶσι, At ego vereor ne potius νεανίαις iungatur cum ποιεῖν,vt ſubaudiatur præpoſitio κατ',perinde ac ſi diceret,τοῖ τὸ ἑαυτῶν νεανικὸν ἐνδείκνυνται διὰ τοῦ ποιεῖν;quæ mea expoſitio comprobatur iis quæ ab OEdipo ſubiunguntur,hos οἰκουρεῖν,quos decebat ποιεῖν. Sic autem exponendo, relinquenda eſſet illa interpunctio.

PAGINA CCLXXXIII.

Σοῖ πάντ'] Legitur & ἐκείνῳ,vt ſit datiuus: at ego nullum hanc lectionem locum habere puto.Sed & in octauo huius pag.verſu pro ἐκείνων ſcribitur etiã ἐκείνου,itidem malè.

PAGINA CCLXXXIIII.

V. νῦν δ' ἐκ] In quibuſdã exempl. ἀλιτηρείου: ſed alteram lectionem comprobat ſcholiaſtes.

V.θανόντ'] Hic verſus legitur & ita,Θανόντ' ἔσεσθαι καὶ κατ' ἀνοίας χάριν. Quinetiam pro ἀνοίας quædam exemplaria habuiſſe ἀνοσίας,teſtatur & ſcholiaſtes,quem conſule.

PAGINA CCLXXXV.

V. Καὶ ταῦτ'] Legitur etiam ἐφ' ἡμᾶς. ſed ſchol. ἐφ' ἡμῶν agnoſcit.

PAGINA CCLXXXVI.

V. πόλις] Pro κατηνύσεν legitur & κατήνεσεν, quod & ipſum conuenire huic loco poteſt.

V. Ἐπινίκ'] In aliis τὸ δ' ἐπινίκ', quod magis eſt vſitatum.

PAGINA CCLXXXVII.

V. Θαλλοῖσιν] Legitur & χρόκαισιν, ſed malè. Et in verſu proximè ſequente νεοτήχῳ,quæ lectio nõ mi-

Digitized by Google

nus commoda videtur quàm altera: quia vt *ποπόκω* poſt *παρᾶς*, ſic *οἰοτόκω* poſt *οἰὸς* aliquid periſſologiæ habet. Sed & pro *λαβὼν* legitur *βαλών*.

PAGINA CCLXXXVIII.

V. Ἠκούσ.] In quibuſdã exempl. præfigitur perſona non Iſmenæ ſolùm, ſed Antigonæ etiam, & huius quidem priore loco.

PAGINA CCXCII.

V. *ἐν δοεῖ*] Legitur etiam *ἐκ μακροῦ χρόνου*.

PAGINA CCXCIII.

V. *γνώμης*] Pro *περιύπτυψε* quædã exempl. *περιύστρεψε* habent. Paulo pòſt autem *θαλλὸν* pro *φύλλον*.

PAGINA CCXCVI.

V. *οὐκ ἐξ*] Pro *αἰνδρῶν* ſcribitur & *ἀςῶν*, quod malo.

PAGINA CCXCVII.

V. *κύψον*] In quibuſdam cod. habetur *κρύψον*, ſed videtur manaſſe hæc lectio & per errorem irrepſiſſe ex *κρύπτειν*, quod eſt in primo huius paginæ verſu. Talem autem erroris originem oſtẽdi & ſuprà.

V. *καχῶν*] Pro *αἴαπς* Turn. editio habet *αἴαιπς*, quam lectionem ego omnino repudiandam cenſui, vt mendoſam. At *αἴαπς* non apud ſcholiaſtem ſolùm, verumetiam apud Heſychum habetur: itidémque *αἰαπὶ* ſuprà, nimirum pag. 233, verſu quinto à fine.

PAGINA CCXCVIII.

V. *οὐδὲ*] Legitur etiam *ἢ πρωτίμεθα*: ſed melior noſtra lectio, nam durè iungeretur *καλῶς* cum *πρωτίμεθα*.

PAGINA CCC.

V. Ζεὺς] Imperfectus eſt hic iambicus verſus, nec dubium eſt quin is ſit de quo intellexit Triclinius, quũ ſcripſit, *ἐλλιπὴς δὲ ἐστιν ὁ εἷς τῶν ἰάμβων*. quæ verba habentur in iis quæ de metrorũ ratione ab eo traduntur, Sophocli meæ æditionis annexa.

Digitized by Google

PAGINA CCCI.

V. Οὔκουν] Non dubium eſt quin ſcribendum ſit οὐκοῦν. vt ſit οὐκοῦν pro οὐκ, cuius particulæ frequens eſt iſte vſus cum futuro, vt pag. 35, οὐ ξυνέρξεσθ' ὡς τάχος; Et pag. 57, — οὐχ ὅσον τάχος δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο; &c. Et pag. 373, Οὐ θᾶσσον οἴσεις, οὐδ' ἀπιστήσεις ἐμοί; (quod imitari linguam Gallicã, admonui ſuprà) Sed & οὐκ ἂν cum optatiuo eundem vſum habet pag. 425, οὐκ ἂν φράσειας. Atque adeo illa ipſa particula οὐκοῦν ita vſus eſt cum alibi, tum pag. 60, itidem cum optatiuo, Οὐκοῦν ἂν εἴποις &c.

V. ἄτρωτον] Legitur etiam οὐκ ἀφῆκ' ἂν &c. eodem ſenſu.

PAGINA CCCIII.

V. Ὦ τλῆμ'] Crediderim poſt δοκεῖς expungendam eſſe interrogationis notam: vt ſit, τί δοκεῖς καθυβρίζειν τάδε, πότερον &c.

PAGINA CCCIIII.

V. Θεῶν] Rectius fortaſſe γὰρ ſcribetur: qualis ſcriptura ſæpe apud hunc quoque poetam viſitur in aliis vocibus.

V. τιμᾶς] χαἰ τιμαὶ, atque id habet Turnebi etiam editio in contextu, ſed non ſine manifeſto mendo. At pro ἥδε legitur etiam εἰ δὲ, cui etiam lectioni apertus error ſubeſt. Sed nec ἡ δὲ diſiunctim legendum eſt, vt quædam exempl. habent. perinde eſt enim ac ſi diceret, εἴ τις γῆ οἶδε σέβειν θεοὺς τιμαῖς (id eſt, οἶδε τιμᾶν καὶ σέβεσθαι θεούς. ſic enim reſolui poſſe arbitror) αὕτη πασῶν μάλιστα. Sic autem cum datiuo dicit pag. 321, λιταῖς σεβίζειν.

V. Τί δῆτ'] Legitur & ἀφαυρῷ, quod malim hoc quidem in loco.

PAGINA CCCVI.

V. ἔνθ.] Inuenitur etiam ὀρειβάται pro ἐγχειμάχαι: meminitque illius lectionis ſchol. quoque.

Digitized by Google

PAGINA CCCVIII.

V. Ἔμφυτε] In nonnullis cod. eſt ἔμφυσα: ſed retinere noſtram lectionem debemus, quum ἔμφυτε cõueniat cum ἐρείσατε, itémque cum ἀναπαύσατον. & vt hîc ſubiungũtur iſta vocatiuo παῖ, ſic pag. præcedente προσπέλθετε cum eodem vocatiuo ponatur, & πάρεστον cum τέκνον.

V. τέκν'] Alteram lectionem huic antepono, τέκν' εἰ φανέντ'. & quum hic verſus vnà cum præcedente in tria membra diuidatur, ego contrà vnum eſſe puto, ponens videlicet hypoſtigmen tantùm poſt λιπαρές, hoc ſenſu, Ne mireris me tandiu immorari his filiarum compellationibus & amplexationibus, vtpote quas præter ſpem receperim. Sed quum dixiſſet μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρές, velut hoc exponens ſubiungit, εἰ τέκνα φανέντα (pro τέκνων φανέντων: qui abſoluti accuſatiui pro genitiuo vſus frequens eſt) μηκύνω λόγον. perinde ac ſi diceretur, μὴ θαύμαζε εἰ τούτοις τοῖς λόγοις προσλιπαρῶ, καὶ αὐτοὺς μηκύνω, τέκνα ἐμὰ παρ' ἐλπίδα ἀνακτησάμενος. Quare probare non poſſum quod apud ſcholiaſtem legitur, videlicet λιπαρές expoſitum ἀρέσκον. Multo certè melius in Electra, pag. 139, λιπαρεῖ χερὶ exponit. (vbi tamen & aliam expoſitionem admittere poteſt) At καλδύσιμον, quod aliquanto pòſt apud eundem ſchol. habetur, mendoſum fateamur neceſſe eſt. Quod verò ad alteram illam expoſitionem attinet nominis λιπαρές, videlicet τὸ λίαν προσκεκαθικὸς τῆς ψυχῆς τοῖς τέκνοις, in ea quidem ad ipſum etiam etymum reſpicitur, (nam παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι dici λιπαρές exiſtimarunt veteres grammatici) ſed debuit potius hìc dicere (ni fallor) τὸ λίαν χρονίζον τῶν προσφθεγμάτων καὶ ἀσπασμῶν.

PAGINA CCCIX.

V. λόγον] Quædam exempl. habent λόγος δ' ὅς ὀκ-

πίπλωκεν. ego ἐκπίπλωκεν apertè mēdoſum eſſe dico: (nec enim dubito quin ἐμπίπλωκεν ἐμοὶ ſit Incidit in aures meas:pro quo magis Latinè diceretur Illapſus eſt in aures) at nec nomin. λόγος, nec accuſ. λόγον ſatis placent,ſed lubenter legerē λόγου, vt eſſet συμβαλοῦ γνώμην περὶ λόγου, ſubaudita videlicet præpoſitione.

V. ὡς μὴ εἰδότ'.] Sic in omnibus exempl.legitur, quæ quidem videre mihi licuit: ſed quū abundet vna ſyllaba in hoc verſu, videndum eſt an μὴ expungi,an η in eo elidi per apoſtrophum debeat: quam alioqui eliſionem duram eſſe fateor.

V. Ω φίλτατ'] Inuenitur & alia lectio, Ω̃ φίλτατ', ἔχεις ἤδη περὶ. ſed hanc planè mendoſam eſſe cenſeo: noſtræ autem ſenſus quidem eſt aptus, ſed non ſatis menſuræ verſus conuenit. malo igitur ἴσχες.

PAGINA CCCX.

V. πατρῷα] Pro πήματ' ſcriptum inuenitur & παθήματ'. ſed multo aptior eſt noſtra lectio menſuræ verſus.vt omittam, παθήματα ἃ ἔπαθες, videri duriuſculum. Sed de huius ipſius verſus fine quid dicemus? qua ratione ἃ in eo produci arbitrabimur? ego certè ſimilis productionis exemplū deſidero,& interim ἃ ἔπαθες (vt fiat tribrachys) reponendum cenſeo.

PAGINA CCCXIII.

V. τὸ δυσφορόν.] Inuenitur & δυσφορόν τι,quod neſcio an itidem ferre verſus poſſit.

V. τὰ πολλά] Non dubito quin τὰ πολλά aduerbialiter accipiatur pro Plerunque.(qua in ſignificatione inuenitur & ὡς τὰ πολλά,ſicut ὡς τὸ πολὺ & ἐπὶ τὸ πολὺ) quòd ſiquis hac in ſignif. ταπολλά coniunctim ſcribere malit,ei per me liberum erit.

V. Οὔτ' εἰς] Legitur etiam ἔργον. Et paulo pòſt, ταύτην κλύω.quam lectionem malim.

Digitized by Google

PAGINA CCCXIIII.

V. Βραχὶ] Inuenitur & χρόνῳ pro πόνῳ.

PAGINA CCCXV.

V. Εἰ δ' ἐξεφ.] Repono μὴ 'μαυτοῦ, quod quædam exemplaria habent, eliſo videlicet ε per apoſtrophum ex ἐμαυτοῦ. Repono autem hanc lectionem, quòd alteram nullo modo ferri poſſe exiſtimem.

V. κείνην] Pro ἐρείψεις multi codices habent ἐρεῖ τις. quæ lectio ſi admitteretur, parentheſi includenda eſſent hæc verba, οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πόλιν κείνην ἐρεῖ τις: at his incluſis, non ſatis aptè cum præcedentibus cohærerent illa, ἀλλὰ πρόσθεν &c. Contra verò, ſi noſtrã lectionẽ ſequamur, optimè cohærere puto, vt nimirum ſubaudiatur ὄψεται: hoc modo, ὡς αὐτίκ' ὄψεται, εἴπερ οἱ δὲ λόγοι κινοῦνται, &c. quare? quia οὐκ ἔσθ' ὅπως ἐρείψῃς ἐκεῖνο [τὸ ἄστυ,] ἀλλὰ πρόσθεν ποτὲ, &c. Sed pro relatiuo ἐκεῖνο, relaturo videlicet τὸ ἄστυ, poſuit κείνην πόλιν, ita poſcente verſu. Vt autem omittam illam quã habet altera lectio incohærentiã, vt dixi, valde frigida eſſet illa inter ἄστυ & πόλιν diſtinctio.

PAGINA CCCXVI.

V. Τοιαῦτ'] Scribitur & τοὺς ταρτάρους. at ego τὰ τάρταρα noui, τοὺς ταρτάρους ignoro. Sicui tamen hic accuſatiuus pluralis admittẽdus videbitur, erit appoſitio, (vt grammatici vocant) ſed dura, meo quidem iudicio.

PAGINA CCCXVIII.

V. εἴη] Schol. (ſicut & quidam codices) legit μοίρᾳ in dandi caſu. Idem verò paulo pòſt pro τάδε πήματ' legiſſe videtur τὰ δὲ παρ' ἡμῶν.

PAGINA CCCXIX.

V. βίου] Pro ἀποστροφὴ ſcriptum eſt in quibuſdam cod. ὑποστροφή. ſed ἀποστροφὴ pro ἀποφυγὴ (vt & ipſe ſchol. exponit) nouum non eſt: at ὑποστροφὴ contrà, planè nouum, mihi quidem certè.

V.*ματέι*] Inuenitur etiã *ἀφθεγγὶς*. quam vocẽ agnoſcit & ſchol. ſi non mentiũtur eius ſcholiorum exemplaria. Pro *ἐναιαίου* autem quod habetur initio ſequentis verſus, legitur & *ἐν αἰαίῳ*. fortaſſe autẽ *ἐναιαίῳ* potius ſcribendum eſt coniunctim.

PAGINA CCCXX.

V.*κοὐ ψευδόρημα*] Legitur & *ψευδόθυμα*: ſed illã lectionem tutius, vt opinor, ſequemur quàm hanc.

V.*αὐτὸς*] Poſt *μόλης* diſtinguendum eſſe puto.

PAGINA CCCXXIIII.

V.*χωρεῖν*] Repono *μηδ᾽ ἄ*, vt ſcribitur in quibuſdam cod. Quemadmodũ autẽ hic, ſic etiã ſuprà (videlicet pag. 315) habetur *μ᾽*, mendoſé.

PAGINA CCCXXV.

V.*ἀλλ᾽ εἴπῃς*] Pro *ἤ τι* annotatur etiam *ἤ τις* ex vet. cod. ego autem vel *ἤ τι*, vel *ἤ τι* legendum puto.

PAGINA CCCXXVI.

V.*καὶ τάδε*] Inuenitur & *τᾶδε*. cũ quo datiuo ſubaudiendus erit alter, videlicet *γᾷ*. vt perinde ſit acſi Antigone illi terram leuem precaretur.

PAGINA CCCXXVII.

V.*ὅπως*] Legitur & *μολοῦμ᾽ ἐς*.

PAGINA CCCXXVIII.

V.*πῖον*] In Turn. edit. annotatur eregione huius verſus, *ἴσως συνομαίμοις*. at ego nõ intelligo quid neceſſe ſit *ὁμαίμοις* in *συνομαίμοις* mutare, quũ hic verſus *πῖον ὁμαίμοις* non minus ferri poſſe videatur quàm ille qui huius fabulæ penultimus eſt *θρῆνον ἐγείρετε*.

PAGINA CCCXXX.

V.*ναίουσ*] Malo *ὄτλον*, id eſt Miſeriam meã, vel Ærumnas meas, ſeu calamitates. poſſumus enim plurali nomine reddere, quũ Euſtath. exponat *κακοπάθειαν*, & ipſe ſchol. *ταλαιπωρίαν*. Addit tamẽ hic & aliã expoſitionẽ & quidẽ ex Homero, videlicet *τὸ μεμο-*

Digitized by Google

μιθμὸν καὶ πιπερφμὸν. ſed hæc nullo pacto cum huius nominis etymo cõuenit, quũ ὄτλος dicatur quaſi τλὸς, à verbo τλῶ: & vt Callimach. dixit, — κενεὸν πόνον ὀτλήσαντες, ſic Apollon. accuſatiuo eiuſdẽ ſignif. iũxerit ὀτλεύειν, videlicet κάματον, Arg.l.2. Apud eundem legimus Arg.3, — ἐλὼ ὀτλησέμεν ἄτλω.

PAGINA CCCXXXIIII.

V. οἷά ζυ'] Scribitur etiam ἄλιον, cuius lectionis meminit & ſcholiaſtes, ſic tamen vt vtram potius ſequi debeamus, in dubio relinquat. Ego noſtram lectionem huic præfero, vt ἄθλιον ὄρνιν ad ἀηδόνα referamus, (id eſt philomelam) non ſolùm quòd cæteri poetæ paſſim grauia aſſiduáque lamenta lamentis huius comparent (& quidem autorem habentes Homerum Odyſſ.τ, Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν, Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον. vnde Euripid. quoque in Hecuba tanquam ad illum πολυηχέα ὀλοφυρμὸν alludens dixit, — πάσας, ὥστ' ἀηδόνος στόμα, Φθογγὰς ἱεῖσα. & Catullus apud Latinos, Qualia ſub denſis ramorum concinit vmbris Daulias, abſumpti fata gemẽs Ityli) ſed & ꝙ hic ipſe poeta in Aiace cõparatione iſta vſus ſit, vt videbis pag. 38. Quod autem ad alteram lectionem attinet, ἄλιον ὄρνιν, ſcholiaſtes his verbis alcyonem intelligi putat, addens, eam in ſcopulis marinis nidulãtem, gemere quum ſua perire oua videt. (ſicut apud Virgilium, populea mœrens philomela ſub vmbra Amiſſos queritur fœtus, non amiſſum Itylum, vt apud cæteros poetas) ſed alii fabuloſas illius gemituum cauſas afferunt, ideóque magis poeticæ conuenientes. Vide Ouidium in Metamorphoſ. itémque Lucianum in dialogo qui Ἀλκυὼν ſeu περὶ μεταμορφώσεως inſcribitur.

PAGINA CCCXXXVI.

V. ζῆν] Legitur etiam οἰζῦν. Et circa finem

Digitized by Google

paginæ ξυνθήματά δ' ἅ μοι, &c. in qua lectione non itidem hiatus erit.

PAGINA CCCXXXVII.

V. μοῖραν] Inuenitur & πατρῴαν, eodem ſenſu. Et paulo pòſt ἀπήει pro ἀπίῃ, & quidem multo rectius. verùm cum ἀπήει non ἰωὶχ' ἂν, ſed ἰωὶχα legendum cenſuerim.

PAGINA CCCXLII.

V. ἄνανδρος] Pro τεκοῦσα legitur etiam τεκνοῦσα. quam lectionem apud ſcholiaſtem repono. alioqui ſcribendo τεκοῦσα, iure miretur aliquis cur ex Callimacho afferat παιδοῦσα, tanquam eiuſdem formæ. Sed hoc addo, ſcholiaſtem τεκνοῦσα exponere τέκνα ἔχουσα, at Heſychium τέκνον ἔμβρυον ἔχουσα, & quidem ex hoc ipſo loco vocabulum iſtud promentem, vt opinor.

V. Μὴ τοῦ] Inuenitur etiam ſcriptum τοῦ, quæ lectio magis quàm altera mihi placet: vt ſit μή τινος τέκνων (ἴσως δὲ Εὐρύτου) ἀποστερῇς ἰών; Sed του ſcribi potius ſolet ſine accẽtu quũ eſt pro τινός: vt τῳ pro τινί.

PAGINA CCCXLIII.

V. ἆ μῶν] Tricl. legere nos iubet ἀγνοίᾳ, (vt habetur hîc) propter metrum. alioqui longè aptior altera eſſet lectio, vt diceremus, ἀγνοιά μ' ἔχει ἃ 'ξείρηκας, pro ἐκείνων ἃ 'ξείρηκας. Sequitur autem hanc lectionẽ alter ſcholiaſtes.

PAGINA CCCXLIIII.

V. Πατρὸς] Legitur & φύτορος, eodem ſenſu.

PAGINA CCCXLV.

V. Ὡς ἐκ] Non dubito quin altera lectio ταχείας huic præferẽda ſit, vel potius quin illa ſublata hæc in eius locum reponi debeat. neque enim puto ἐκ βραχείας vllã cõmodam expoſitionẽ admittere. at ἐκ ταχείας opponetur illi quod ſequitur, σὺν χρόνῳ βραδεῖ: hoc ſenſu, Quàm citò abire paras, quũ tã tardus

aduẽtus tuus fuerit. At νεώσαδʒ λόγους (in quo exponendo torquet ſe ſchol.) ſuſpicor ſignificare Inchoare ſermones, ſeu colloquiũ. q. d. Itáne, poſt tam tardum aduentũ, tã citò abire paras, & quidẽ quũ vix inchoatus ſit ſermo noſter, vel, inchoatũ ſit noſtrũ colloquiũ? Quicquid enim inchoatur, id nouũ eſt opus, ſi nouitatẽ ad tẽpus referas. Venit autẽ mihi in mẽtem & alia expoſitio, ſed quæ vereor ne alicui audacior videatur: vt nimirũ νεώσαδʒ λόγους ſit ἐρωτᾶν τὶ νέον. Cæterùm quod interpretatus ſum hũc locũ oratione interrogatiua, id propter maiorem cõmoditatem feci. Alioqui enim admiratiua oratione reddidiſſem. nam ὡς eſſe θαυμαστικὸν, ideóque malè poſt λόγους interrogationis notam in Turn. etiam editione poni dico.

PAGINA CCCXLVI.

V. Ἄνθρωπος] Malĩ παρϛήτω quàm ἀποϛήτω, aut ἐπιϛήτω. quã bene autẽ quadret huic loco παρϛήτω (quod erit pro παρασήτω) in fine ſequentis annotationis docebo.

V. νοσοιῶτι] Hîc multũ ſe torquet ſchol. torquéntque itidẽ ſe poſt ſcholiaſtẽ alii. nec mirũ: quandoquidẽ hæc lectio νοσοιῶτι, ipſamet verè νοσεῖ, quód illi nõ animaduerterũt. Sed in prõptu eſſe puto remediũ, vt nimirũ diſiunctim ſcribamus νοσοιῶ τι. Significabit autem νοσοιῶ τι hoc loco νοσοιῶτάς τινας λόγους: quod eiuſdẽ generis metaphora dicũt οὐδὲν ὑγιὲς, dicunt (inquã) cum alii ſcriptores, tum Demoſth. pro oratione nihil veritatis habẽte: vt quũ ſcribit, οὐδ' ὁποιοῦν ὑγιὲς ἀπαγγέλλοντες. Sed quid ſimilẽ hunc vocis ὑγιὲς vſum oſtendere neceſſe eſt, quum hoc ipſum verbum in ea ſignif. poſitum reperiatur, & quidem apud poetam itidem tragicum, videlicet Euripidẽ? extant enim hi in eius Phœniſſis verſus,

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,

Digitized by Google

Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος,
Νοσῶν ἐν αὑτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Vbi obſerua etiã ἄδικον λόγον opponi τῇ ἀληθείᾳ: ſicut noſter poeta initio paginæ proximè ſequentis κακὸν mendacẽ vocat, vt vicisſim veracẽ, χρηστόν. (& paulo pòſt, nimirũ circa medium eiuſdẽ pag. κακὸν εἶν & ἀψευδεῖν inter ſe opponit) Miror autẽ (vt & hoc obiter dicam) cur ſchol. ſimplici atque adeo vera illorũ verſuũ expoſitione non contentus, aliã ei addat, nõ ſolùm longius petitam, ſed etiã quam verba non facilè admittunt. & ita quidem vt huic priorem det locum: quũ contrà pro illa faciat etiã apophthegma ſatis tritum, quo dictum fuit mendaces hunc ſui mendacii fructum referre, vt quũ verum dicunt, eis non credatur. Sed vt ad νοσοῦντι redeam, ſi ita legatur, pro violentis illis expoſ. quæ huic loco dãtur, dãda hæc fuerit, quæ ſimplex eſt & ipſa, miniméque coacta. nimirum vt dicat Lichas, Cedo hominẽ qui talia proloqui auſus eſt. [quem, quiſquis eſt, minimè ſanæ mentis eſſe exiſtimo] nugari.n. dicẽdo mẽdacia, n õeſt hominis qui ſanæ ſit mentis: vel, hominis cui mens bene ſit cõpoſita. Ex his autẽ apparet etiã legendũ eſſe παρστήτω, potiꝰ q̃ ἀποστήτω, aut ἐπιστήτω, aut προστήτω. quod vltimũ apud ſcholiaſtem mendi mihi ſuſpectum eſt.

V. ἔρωτι] Legitur etiam μὲν οὖν.

V. ἢ τῇδε] Pro μεταιτίᾳ legitur etiã μήτ' αἰτίῳ: ſed noſtrã illã lectionẽ retinendã cẽſeo, quia ſcribẽdo μήτ' αἰτίῳ, expectaretur alter datiuus cũ μήτε itidẽ, vt ſi (verbi gratia) ita quis diceret, τῇ μήτ' αἰτίῳ κακοῦ τινος, μήτε ἄλλως δυσμενεῖ οὔσῃ. At μεταιτίᾳ cõmodũ ſenſum efficit, modò τινὸς abũdare intelligamus, & μηδὲν pro μηδαμῶς accipi, itẽ μηδὲ iũgi cũ κακοῦ per traiectionem. hoc enim velle Deianirã puto, Inſana

ſim profectò ſi huic mulieri ſuccenſeã quæ quod commiſit, eiuſmodi eſt vt nullũ mihi dedecus aut damnũ afferre poſſit. Sed lubẽter τοῦ in τὶ mutarẽ, ac tũ non vacaret τιός, ſed τὶ μηδὲν iũgeretur cũ μεταιτία, itidẽ ſignificãs μηδαμῶς: eſſetq; hæc orationis ſtructura grãmatica, τὶ μηδαμῶς μεταιτία ἐμοὶ αἰσχροῦ τινος, κ(αὶ) κακοῦ. i. quæ nihil admiſit quod dedec⁹ &c.

PAGINA CCCXLVII.

V. λώϊσκατ] Ita diſtingue potius, λώϊσκατ', οὐδ' ὄνειδος οὐδέ τ', οὐδ' αὖ τι &c. vt videlicet negatio ſeruiat etiã futuro οἴσῃ, repetendo ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: hoc modo, οὔπω τις αὐτῆς λώϊσκατ λόγον κακὸν ἐξ ἐμοῦ, οὐδ' ὄνειδος· ὁμοίως δὲ καὶ ἤδη οὐκ οἴσῃ, οὐδ' αὖ τι &c.

PAGINA CCCXLIX.

V. τὸ δ' ἀμφ.] Scribitur & ἀμφιμάχητον, quod apud ſchol. habetur: eundem autem ſenſum efficit.

PAGINA CCCLI.

V. τοῦτ'] Debui diſcedere à cæteris editionib⁹, & includere parẽtheſi iſta verba, δόμοις γὰρ ἦν κείνου θανόντος ἐγκεκλεισμένον καλῶς. perinde enim eſſe puto ac ſi dixiſſet, τοῦτ' ἐννοήσασα, ἔβαψα χιτῶνα τόνδε εἰς ἐκεῖνο τὸ αἷμα· ἦν γὰρ δόμοις ἐγκεκλεισμένον καλῶς. Sic autẽ inuerſum orationis ordinẽ cũ particula γὰρ, in multis multorũ ſcriptorũ locis habemus, ac præſertim Herodoti. Eos autẽ imitari hac in re Latinos poetas interdum, (ſed in breuioribus orationis membris) obſeruaui.

PAGINA CCCLII.

V. φρὶν] Legitur etiã αὐτῇ φανερὸν ἐμφανῶς ςαθεὶς &c. In quibuſdã verò φανερὸς ἐμφανῶς. Ne autẽ ſcribamus φανερῶς ἐμφανὴς, obſtat menſura verſus.

PAGINA CCCLIIII.

V. καὶ δή] Habent οἰστρωθεὶς quædam exemplaria, ſed vt hic οἰστρηθεὶς, ſic οἰστρῆσαι alibi reperitur, itémq; verbalia οἴστρημα & οἴστρησις.

PAGINA CCCLVI.

V. χυθ.] Scribitur & βακχίας, detracto ι verſus cauſa, qui certè breuem eſſe vult illam ſyllabam.

V. πῶς] Magis placet altera lectio; δόξῃ γυιῶν ἐμῇ, repetendo ἀπὸ τῦ κοινοῦ futurum ὀλεῖ. Statim pòſt autem pro ὁρμῇ legitur & ὀργῇ, quod agnoſcit etiam ſchol. ego tamen ὁρμῇ malim: ſed vnà etiam παντῇ libentèr legerim.

PAGINA CCCLVII.

V. Σιγᾶν] Quædam exemplaria habent λόγον. vtriuſque lectionis meminit ſcholiaſtes, ſed ita vt videatur hanc potius ſequi quàm noſtram. In quo illi ſubſcribo.

PAGINA CCCLVIII.

V. ἱδρῶς] Scribe potius αἰγῇει. Sic ſuprà pro ἀπὴῃ admonui legendum ἀπῄει.

PAGINA CCCLIX.

V. τὸ δ᾽ ἐμπύρ.] Pro ἐνδατούμενος inuenitur etiam ἐμματλούμενος, cuius lectionis mentionem ſcholiaſtes quoque facit: malim tamen ἐνδατούμενος, & quidem tribus de cauſis: quòd ſenſum commodum efficiat, quòd apud Heſychium quoque extet, quòd & alibi in eadē ſignificatione legere me meminerim. Poſſim verò & quartam addere, quòd eadem metaphora verbū Proſcindere à Latinis accipiatur. At verò ἐνδατεῖσθαι, quod Euſtathius ſignificare dicit apud hūc poetam ἐπικουρεῖαι τοῖν μεῖζειν, illud eſſe puto quod legitur in Œdipo tyr. p. 160.

V. θέμις] Legitur & περιύβαλες, & quidem longè rectius, meo quidem iudicio: adeo vt hîc à Turnebi editione diſcedere debuerim, & περιύβαλες in cōtextū recipere. Erit autē dictū περιύβαλες δίκην ea ſignificatione qua dicitur περίβλητος ab eodē poeta, ῥιφθῶ κυσὶ περίβλητος: niſi quòd hic in propria ſignificatione, illic metaphorica accipitur. Cæterùm quod

apud ſcholiaſtem legitur χάφιπαι καὶ πέρυβαλες, id ſuperuacaneum eſt, quum ad hanc lectionem pertineant, atque adeo eam exponant quæ ibi præcedunt, videlicet ἀπέρριψας καὶ παρεῖδες.

PAGINA CCCLX.

V.πᾶς παλαιφ.] Inuenitur & παλαιφοίβου, ſed vox illa vſitata eſt, at de huius vſu dubitari poteſt. Meminit tamen huius ſchol. quoque.

PAGINA CCCLXI.

V.Νίσσου] Ante δολόμυθα in multis editionibus habetur φοίνια, quod & ſchol. agnoſcit. Ego hîc, ſicut & in aliis pleriſq; ſimilib⁹ locis, Turnebi editionē ſequutus ſum, vtpote in quibus magis cōſentiret cum iis quæ de menſura verſuum à Triclinio traduntur.

V.τὸν Ηρακλ.] Ante οἰκτίσαι quædā exēpl. habēt ὥστ'. ſed alioqui ſubaudiri poteſt: ideóq; vel omittere hanc particulā, ſicut & alias pleraſque, (de quibus diſſentiunt exēplaria) vel addere nobis licet, prout metrica ratio poſcit, de qua te ad Triclinium remitto, ſicut & modò dixi. Cæterùm apud ſcholiaſtē in expoſitione huius loci mendoſe legitur duobus in locis κακὴ φήμη, pro κακὸν, φησὶ, vt opinor. vt ſit, φεῦ φεῦ κακὸν (φησὶ) γέγονε τῷ Ηρακλεῖ &c. Sic paulo pòſt οἷον κακὸν (φησὶν) οὐδέποτε &c. Idē verò ſchol. quū dicit in ſua expoſitione οἷον κακὸν συνέβη ὦ Ηρακλεῖ, & γέγονε, nō dubiū eſt quin ἔπιμολε legat, non ἀπέμολε. Quo minus auſcultare debem⁹ illi expoſitioni quæ ſubiungitur, videlicet ἀπέμολε, ἀντὶ τοῦ ἀπομόλοι. nā præterquam quòd violentus eſſet hic indicatiui vſus pro optatiuo, accipiendum foret ἀπέμολεν ἀναρσίων pro ἔμολεν ἀπ' ἀναρσίων, cuius vſus verbi ἀπομόλειν exemplum deſidero. At cum ἐπέμολε ſatis apertus eſſe videtur ſenſus, accipiendo πάθος ἀναρσίων paſſiuè, τὸ ὑπὸ τῶν ἀναρσίων ἐπαχθέν. quod idem ſigni-

Digitized by Google

ficabit ſi ſola præpoſitio ἀπὸ ſubaudiatur, vt ſit πάθος ἀπὸ ἀναρσίων. Hic denique erit huius loci ſenſus, Inuaſit Herculem malum propter quod miſerari eum debemus, quale nullum ab hoſtibus ei contigerat. Atque ita fuerit idē νόημα quod ab ipſo Hercule infrà pronuntiatur, pag. 368, Κοὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς Προὔθηκεν, οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοὶ, Οἷον σὺ ἡ δολῶπις &c. Aliæ certè quæ afferuntur expoſitiones, ſunt præ hac modis omnibus violentæ, aut ego valde fallor.

PAGINA CCCLXIII.

V. Τοιάδ'] Legitur etiam τοιάδ' αἰχμὰν βέλος κακῶ. habetúrque hæc lectio in marg. editionis Turnebi. eſſe tamen multis modis mendoſam, manifeſtius eſt quàm vt declarare opus ſit.

V. ἀνέορτος] Inuenitur in quibuſdam codicibus ἀνέορτος. quæ lectio mihi non itidem placet. nā ἀνέορτος νύμφα dicetur quæ non fuerit cauſa ἑορτῆς, ſed contrà luctus: ea forma qua dicitur ἀνυμέναιος γάμος. At νέορτος (ſimile τῷ θόορτος, quod Euſt. apud Æſchylū legit pro θόασυτον, quod eſt pag. 12 meæ editiōis) aliud nō ſignificabit quàm Quæ nuper aduenit, vel vno verbo Noua.

V. Καὶ ταῦτ'] Poſt ἔτλην particulam τις addere neceſſe eſt, vt ſtet verſus, licet in Turnebi editione nō habeatur, ſicut in aliis.

PAGINA CCCLXIX.

V. γυνὴ] Ita legitur in omnibus quæ mihi videre contigit exemplaribus, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. nec durum videri debet quod à ſcholiaſte annotatur, ſubaudiri videlicet ἔχουσα. nam & in ſoluta oratione eiuſdem participii ellipſin memini me inueniſſe, & nominatim apud Lucianum. Accius duos verſus in vnū concluſit, vertens, Sed fœminea vi, fœminea interimor manu. Accius (inquam) huiusloci totius

totius interpres, non Cicero, vt & ego aliquando cum aliis credidi.

V. πάτερ] Ridicula mihi videtur ſcholiaſtæ expoſitio, dicentis ὦ πάτερ κεραυνοῦ eſſe pro ὦ κεραυνέ. nam etiamſi κεραυνοῦ cum πάτερ iungendum foret, exponendũ tamen eſſet, ὦ Ζεῦ. i. ô Iupiter, non ὦ κεραυνέ. Sed ego κεραυνοῦ cum βέλος iungi debere aio, vt poſt πάτερ interpungatur. Eleganti autẽ periphraſi βέλος κεραυνοῦ appellari poſſe τὸν κεραυνὸν, nemo (vt opinor) mihi negauerit: quum etiam βέλος aliquando ſine adiectione, aliquando cum aliquo adiectiuo ſeu epitheto, nominari, ſatis notum ſit. vt ψολόεν βέλος in hoc pẽtametro, Ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει. Sic & Latini poetæ fulmen appellant telum Iouis, vel telum igneum, aut telum triſulcum, aut plurali etiam numero tela triſulca: vt in hoc Naſonis verſu, Excutere irato tela triſulca Ioui. Lubenter autem poetas tragicos vti periphraſi in ſignificando fulmine oſtẽdit & οὐρανία φλὸξ apud Euripidem, & πάλλον πῦρ apud hunc noſtrũ non ſemel.

PAGINA CCCLXX.

V. χειρώσομαι] In omnibus quæ vidi exemplarib⁹, κἀκ τῶνδε iungitur ſequentibus: at ego præcedentibus iungo, ita interpungens, χειρώσομαι κἀκ τῶνδε· ϖεσμόλοι μόνον. Ea autem forma κἀκ τῶνδε dictum eſſe puto qua apud Thucydidem ἐκ τῶν παρόντων, nimirum libro 7, pag. 260 meæ editionis, vbi dicit Nicias, ἔτι καὶ ἐκ τῶν παρόντων, ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔχειν. Apud eundem Thucydidem libro 6, pag. 229, legimus, ποιεῖν ὅπῃ ἐκ τῶν παρόντων μάλιστα καὶ τάχιστα τις ὠφέλεια ἥξει τοῖς ἐκεῖ. Interdum verò præfixa particula ὡς: vt libro 6, pag. 220, καὶ ὡς ἐκ τῶν παρόντων ξυνταξάμενοι. Et libro 4, pag. 127, καὶ ἡμῖν ἐς τὴν ξυμφορὰν ὡς ἐκ τῶν παρόντων κόσμον μάλιστα μέλλει οἴσειν. Erit igitur κἀκ τῶνδε eadem forma dictum, ac ſimili

certè ſignificatione: videlicet Hoc etiam in ſtat quum ſim. Perinde ac ſi diceret, Quanuis exhauſtæ ſint vires meæ, ſpero tamē fore vt ira me ſatis aduerſus illam armet.

PAGINA CCCLXXIII.

V. Ὡς πρὸς] Inſeritur γ' ante ἐπιςρέφεις in quibuſdam exemplaribus propter poſteriorem ſyllabam aduerbii ἄγαν, quæ alioqui, ſicut & prior, corripi potius ſolet. Paulo pòſt autem pro καὶ πόδ' legitur καὶ πῆτ'. quod mihi magis placet.

PAGINA CCCLXXIIII.

V. Δείλαιος] Legitur etiam ἐς πολλὰ τἀπορεῖν. quod fuerit pro τὸ ἀπορεῖν. ſed hæc craſis duriuſcula eſt, ideóq; noſtram lectionem huic antepono.

PAGINA CCCLXXVI.

V. πολλα] Pro χαἰνοπαθῆ inuenitur & χαἰνοπαγῆ. egotutius eſſe puto χαἰνοπαθῆ legere, quod non aliud erit quàm χαινά.

V. Ῥάκη] In Turnebi editione, ſicut & in aliis, habetur τῶ. at ego non puto hîc aliter poſſe ſumi iſtam particulam quàm pro τινός, ideóque accentum ei non dedi. Inuenitur autē & alibi του pro τινὸς fœminino, ſicut & τῳ pro τινὶ fœminino: nimirū illud pag. 214, hoc cum alibi, tum pag. 411.

PAGINA CCCLXXIX.

V. ἔλοιπο] Pro λαβεῖν in quibuſdā eſt μολεῖν: ſed λαβεῖν malo, quum dixerit προσπεσών. non enim Philoctetes optaſſet Vlyſſem ad ſe μολεῖν duntaxat, ſed λαβεῖν eum μολόντα, & προσπεσεῖν αὐτῷ.

PAGINA CCCLXXX.

V. Ὅταν] In aliis πρὸς κέρδος. ſed noſtra lectio defēdi poteſt.

PAGINA CCCLXXXIII.

V. Μέλλον] Poſt ἄναξ in multis editionibus habetur τὶ σὸν, ſed non agnoſcere hæc verba Triclinium aret ex iis quæ de metrica horum verſuum ra-

tione ſcribit.

PAGINA CCCLXXXIIII.

V.καὶ νῦν α̉] In cæteris edition. interpungitur poſt κηδεμόνων.quæ interpunctio ſenſum peruertit, qui eſt huiuſmodi, Et nunc quoque ærumnæ quas patitur, fieri non poteſt quin ex deorum prouidentia proficiſcātur, ne Troia petatur telis illis ineluctabilib⁹ ante tempus in quod fata excidium eius differendū cenſuerunt.

PAGINA CCCLXXXV.

V.Φροντίδας] Poſt νέας collocari debuit στιγμή. Dicit enim chorus, ἀλλ᾽ ἔχε τέκνον φροντίδας νέας. deinde rationem reddit, ὡς οὐκ ἔξεδρος &c.ſed interrumpūtur hæc chori verba illis Neoptolemi, λέγ᾽ ὅ,τι. Sic autem inſerta verba notis parentheſeως includenda, aliquando cenſui, atque adeo id alicubi feci: ſed nunc aliis potius notis quàm iis quibus parentheſis indicari ſolet, includere malim. Cæterùm ἔξεδρος opponitur τῷ ἔνεδρος quod habes pag.383.

V.ὡς που.] Legitur & ἀγχοβάτης.in qua lectione (ſi cui magis placeret) mutandum eſſet η in α, vt ἀγχοβάτας Doricum eſſet ſicut cætera verba ei vicina.

V.τίνες] Pro ναυτίλῳ πλάτῃ quædam exempl.habēt κἀκ ποίας πάτρας. quam lectionem refutat quod ſtatim ſequitur, ποίας πάτρας ἂν &c.eſſet enim manifeſta περιττολογία, vel potius διττολογία. Quin tamen hinc verba deſumpſerit aliquis, quibus refinxit finem illius verſus (idque animi gratia, vt fit) minimè mihi dubium eſt.

PAGINA CCCLXXXVI.

V.ποῖ'] Legitur & ποῖά μ' οἰμῶξαι. quod mollius ſonat.

PAGINA CCCLXXXVII.

V.ἔφην'] Pro φῶς legitur & πῦρ: ſed malo φῶς, ne repetatur πῦρ, quod paulo antè poſitum fuit.

Digitized by Google

V. οὐ γὰρ] In Turn. editione eſt ὅμορος. at ego ab ὅρμος minimè diſcedendū putaui. quis enim neſcit ἰαυβάτην petere ὅρμον. at ὅμορον quorſum?

PAGINA CCCCI.

V. οὐδ'] Ex iis omnibus quæ ad loci huius expoſitionem afferuntur, nihil inuenio quod & manifeſtum & difficilem nodū ſoluat, qui huic loco ſubeſt propter duplicem genitiuum, Σισύφου & Λαερτίου. Sed quæ alii afferūt, apud eos legi poterūt (mihi enim nunc feſtinanti, ea referre non vacat) ego nodum ſolui poſſe arbitror ſi Σισύφου quidem cum ἐμπολητὸς, at Λαερτίου cum γόνος iungamus, (interpūgendo videlicet inter Σισύφου & Λαερτίου) hoc modo, ἀλλ' οὐχ ὁ Τυδέως γόνος, οὐδ' ὁ Λαερτίου [ſub. γόνος] ἐμπολητὸς Σισύφου. Referetur autem ἐμπολητὸς Σισύφου ad eam hiſtoriam quæ à ſcholiaſte commemoratur. Dictúmque erit ἐμπολητὸς Σισύφου pro ὁ ἠμπολημένος ὑπὸ Σισύφου eadem forma qua κείνης διδακτὰ, pro ὑπ' ἐκείνης δεδιδαγμένα dixit in Electra, quale eſſe & μαντικῆς ἄπορος in Antigone monſtraui ſuprá.

V. κείνων] Malo σοφὰς, aut σοφὰ quàm σαφὰς, vt habet Turn. editio, quā ſequutus ſum, ſed nequaquā ſequi debui. At pro κἀκ' ἐξήρυκε ſchol. in quibuſdā exēplarib⁹ ſcribi tradit ἐξεκήρυξε, quod magnopere mihi placeret ſi verſum ingredi poſſet. (poſſet autē fortaſſe aliqua cū immutatione) nā ἐξεκήρυξε τὰ ἐκείνων aptiſſimè diceretur, ſignificando Neſtorē pro ſua prudentia, (hoc. n. ſonat βουλεύων σοφὰς, ſeu σοφὰ) operam dediſſe ne illorū conſilia aliquo in pretio eſſent, atq; adeo ea publicè infamaſſe. Quod autem attinet ad particulam γὰρ, eam cum ellipſi poſitam arbitror, vt aliis pleriſque in locis: & hunc eſſe ſenſum, addendo quæ ſubaudienda relinquuntur: Quid? Neſtor Pylius, vetus mihi amic⁹, ſuper-

Digitized by Google

eſtne? [Ideo autem de eo ſciſcitor, vel, mihi venit in mentem ſciſcitari de eo]quia is erat qui pro ſua prudentia, &c. vt modò fuerunt dicta. Niſi quis malit particulam rationalem ad φίλος reſpicere.

V.Ἀντίλοχος] Poſt αὐτοῦ non malè fortaſſis interpungetur: vt ſit hic ordo verborum, Ἀντίλοχος φροῦδος, ὅσπερ ἦν μόνος αὐτοῦ. At legendo μόνος, iungi poſſet αὐτοῦ cum φροῦδος. ſed hanc lectionem repudiat ſcholiaſtes, quam qui admittere volunt, intelligendum dicunt, Qui erat ei ſolus in Troiano bello.

V.Οἴμοι] Affertur & alia lectio, δύ' αὐτὼ δὴ ἐξέδειξας. quæ quanuis mihi ſuſpecta ſit, potior tamen altera videtur, propter δεῖν, ab hoc loco alienum, meo quidem iudicio. Niſi orationem ἀνακόλουθον eſſe dicamus: vt poſt δύ' αὐτὼς δεῖν' ἔλεξας, vel δύ' αὐτὼ, ſequatur tanquam ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς, (vt loquuntur grammatici) & non ſine ellepſi, οἷν ἐγὼ &c. hoc ſenſu, Eheu, duo mihi affers triſtia nuntia, de amborũ morte, quos ego, ſiquos alios, incolumes eſſe, lubentiſſimè ex te audiſſem. Sed pro αὐτὼς non ſolùm αὐτὼ, verumetiam αὔτως legitur: quod & apud ſcholiaſtem habes.

V.Ἔμελλ']In quibuſdam ἐπεὶ οὐδέπω, quam lectionem malim. nam licet hæc dura mihi videatur, durius tamẽ meis auribus ſonat geminatio particulæ γε.

PAGINA CCCCIII.

V.Μέγα]Inuenitur & μεταιθέριος, quam lectionem vide quomodo exponat ſchol.

PAGINA CCCCIIII.

V. ἐγὼ δὴ]Pro τάδε legitur & κακὰ, eodem ſenſu.

PAGINA CCCCV.

V.Μὴ νῦν] Pro ἔρη ſcribitur & ἔρῃ, itidémque in vltimo pag. verſu, διαβάλῃ pro διαβάλλῃς. Sed malim ſubiunctiuum modum retinere, &quidem διαβάλῃς potius ſcribendo, vt quædã exempl. habent.

PAGINA CCCCVI.

V.Ἐγώ 'μ'] In aliis editionibus quæ illam Turnebi præceſſerunt,legitur ἐγώ εἰμ' ſine craſi.ac certè minimè neceſſaria eſt:ſed videntur tragici & comici non lubenter corripuiſſe ſyllabas in huiuſmodi locis,aliorum poetarum more.

V.δεῦ δή σ']Non puto προσφιλῆ cũ λόγον iungi debere,ſed intelligendum eſſe ἐλθόντα προσφιλῆ ἐμοί. alioqui enim illud ἐλθόντα ἐμοὶ quale erit ?

V.Σὲ θήσομαι]Poſt λέγων expũgẽda eſt interrogationis nota, itidémq; apud ſchol.poſt μέλλεις λέγειν. qui tamẽ alioqui ſenſum huius loci minimè aſſequutus mihi videtur.neq;.n.ποιοῦ λέγων ſignificat ποιοῦ με αἴτιον ὢν. μέλλεις λέγειν,intelligẽdo participiũ λέγων ita reſolui debere:ſed perinde eſt acſi diceret ποιοῦ με αἴτιον,μόνον λέγε.i.Dũmodo dicas,ſeu narres illa, in me crimẽ,ſi libuerit,cõferas. Nã σε θήσομαι τῶνδ' αἴτιον non eſt aliud q̃ ποιήσομαι αἴτιον.quibus reſpõdet ille aſſẽtiẽs,ποιοῦ λέγων.Sed lucẽ aliquã afferet hypoſtigme poſt ποιοῦ,quã ideo adſcribendam cenſeo.

V.Λέγω 'πί] Mirum eſt ita legi in omnibus quæ in manus meas venerunt exemplaribus:quum nullus elici poſſit(aut ego valde fallor)ex hoc loco ſenſus,iungendo λέγω cum ſequentibus. at ponendo τελείαν στιγμὴν poſt λέγω,contrà nulla ſubſit huic loco obſcuritas.vt λέγω ſit perinde acſi dixiſſet,καὶ δὴ λέγω.quibus verbis ſubiungatur narratio.q.d.En igitur tibi rem totã narro.vel,Audi igitur. Quod autem in hoc ipſo verſu legitur ὥσπερ pro ὥς περ, magis mihi placet.

V.καὶ τοῦδ']Hanc lectionem non puto ferri poſſe,(licet & in aliis editionibus habeatur) quum Λαέρτου primam habere longam notiſſimum ſit:vnde etiam pag.76,pro σπέρμα Λαρτίου πατρός, quædã exemplaria habent σπέρμα Λαέρτου πατρός. Dico

igitur reponẽdũ eſſe ἤκουπ Λαέρτυ, vel ἤκουσ' ὁ Λαέρτου.

PAGINA CCCCVII.

V. Οὔκουν] Miror quomodo dixerit ſcholiaſt. hæc poſſe vel ἀποφαντικῶς vel ἐρωτηματικῶς legi, quaſi verò illa particula à qua verſus incipit, eodem accentu vtrunque ſenſum admitteret. Mirum verò & hoc, quomodo interrogationis notam habeant exemplaria præcedente οὔκουν: atque adeo ab illis diſſentiens, ſcribo οὐκοῦν, id eſt Nonne.

V. πέλαγος] Pro νεὼς legitur & βίας· ſed minimè obſcurũ eſt νεὼς poti⁹ legi debere, ex XIII verſu huius pag. Δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις.

V. Οὐκοῦν] Pro ἀγῇ ſcribitur & ἀεὶ. ſed ſchol. alteram lectionem ſequutus eſt.

PAGINA CCCCX.

V. δή] Inuenitur & δεκάτει χρόνῳ, eodem ſenſu.

PAGINA CCCCXI.

V. Δεινόν γε] Non dubito quin vera lectio ſit τοὐπίσαγμα, licet contradicentibus omnibus editionibus. nam τοὐπίσαγμα cum ει ab ἐπισάττω nouè deducendum foret, at ἐπίσαγμα ab ἐπισάττω & vſitata forma deriuatur, & conuenientem huic loco ſignificationem habet, ſed metaphoricam.

PAGINA CCCCXIII.

V. τλώση] Poſt τόξων interpunxi, quum cæteræ omnes edit. præter eam quam Turn. dedit, ante hũc genitiuum interpungant, non poſt. Sed in hoc eas errare manifeſtum eſt, quum Neoptolemus potiatur iam τῶν τόξων. Scholiaſtæ quoque expoſ. interpũctionem noſtram ſequitur.

PAGINA CCCCXVI.

V. πέμπω] In Turnebi editione legitur vt hîc: at in cæteris habetur πέμ πων, & interpunctio ante μή. Sed ex noſtra lectione ſenſus commodus elicitur, quũ ex illa altera vix vllus. Subaudiendũ eſt autẽ τὸ

πλοιῶ στελῶ, cum λιπών: vt ſit, λιπὼν ἰδού σε οὐκ ἔχομαι. τῷ πλοιῷ στελῶ. Imò verò, inquit, nequaquam te relicto abibo, vel abire decreui: ſed hic potius me agit metus, ne in te ducendo mecum, moleſtus tibi ſim. q.d. Times ne te relinquam: at ego contrà timeo ne tibi moleſtus ſim quòd te non relinquam, ſed ducam quò nolis. Siquis autem ſeruare vellet πέμπων, legendum eſſet λυπηρὸς, & ſubaudiendũ ὤ: ſed multo eſt expeditior oratio in altera lectione.

PAGINA CCCCXVII.

V. ἀλλ' ἀπόδος] Sic legitur in ea editione quæ à Turnebo prodiit, ſequuto quoddã exemplar quod Triclinii fuiſſe credebatur, (vt antea dixi.) in cæteris habetur ἀπόδος, non præcedente hac aliáve particula: quum tamen alioqui imperfectus ſit verſus.

V. ἀλλ' αὖ θαν.] Multo magis mihi arridet altera lectio, ἀλλ' αἰδοῦμαι.

V. Τί δρῶμεν] Ita legitur & in cæteris omnibus editionibus, præterquã in Turnebica, quæ interrogationis notam non habet, (ſicut nec alibi vſquam poſt τί) ſed hypoſtigmen poſt δρῶμεν. Ego verò malim ἐν σοὶ iungere ſequentib⁹: vt ſit τί δρῶμεν; (ſicut paulo pòſt τί δρῶμεν ἄνδρες;) deinde ἐν σοὶ iungatur ſequentibus, & dicamus, ἐν σοὶ ἐστι ἤδη καὶ τὸ πλεῖν &c. id eſt Penes te eſt. Videtur autem ἐν σοὶ itidem accipi pro Penes te eſt, legendo τί δρῶμεν, ἐν σοί: vt ſit, Penes te eſt quid facere debeamus. Sed multo aptius τί δρῶμεν à ſequentibus ſeparabitur, & ita accipietur vt paulo pòſt: aptius item dicetur ἐν σοί ἐστι, ſequente infinitiuo.

PAGINA CCCCXVIII.

V. οὐδ' ἦν] Non dubium eſt quin δράσαι legendum ſit, non δράσεις, vt tamen habet Turnebi editio. Eſt enim ſenſus hic minimè controuerſus, Imò verò ne ſi velit quidẽ facere, per me illi licebit.

V.Tί δ' ἐργ.] In Turn. editione margini quidem adſcripta eſt hæc lectio ἐργαίνεις, ſed in textu habet ἐργάσιας. quod tamen nullo poſſe modo ferri exiſtimo. quis enim ἐργάζω pro ἐργάζομαι ferat? At ἐργασίειν hîc erit Sophocli, quod eidem eſt in Aiace δρασίειν, duobus in locis: itidémque in hac tragœdia, pagina 426. videlicet ἐπιθυμεῖν ἐργάζεσθαι, & ἐπιθυμεῖν δρᾶν.

PAGINA CCCCXXI.

V.τᾶδ'] In Flor. Ald. cæteriſque ſuperioris temporis editionibus legitur τῶδ'. præterquā in Turn. (vbi τᾶδ' habetur vt hîc) & in editione Colinæi, vbi τῇδ' inuenitur. Fuerunt autem qui τῶδ' excuſare conati ſint, ſed fruſtra. at τῇδ' puto intellectum fuiſſe pro Hîc. ſed multo aptior datiuus Doricus τᾶδ' cū τύχᾳ. Idē porro exprobratur ei pag. 428, & quidē apertius, Ὅσοι δ' ἑκουσίαισιν ἔξκειντα βλαβαῖς ὧς τὸ σύ.

V.ἴχαρ] Scribitur & ἄψορα. vtriuſque lectionis mentio fit à ſcholiaſte.

PAGINA CCCCXXII.

V.ἐμαῖς] Poſt αἰτίας annotatur addi τάσδε in quibuſdam exemplaribus: ſed pronomen hoc magis prodeſt ad æquandam huius verſus mēſuram (qui eſt vltimus antiſtrophes) cum menſura vltimi verſus ſtrophes præcedentis, quàm ad ſenſum. Sed tamen ne ſic quidem æquatur omnino.

V.ἴχας] Locus hic non mihi tantùm, ſed aliis etiā pleriſque negotium exhibuit. aliorum igitur de illo, deinde & meam ſententiam exponam, ſi prius diuerſam à noſtra lectionem eius indicauero. Habet igitur Florentina editio ἄθλιον pro ἄεθλον, at cæteræ (Turnebicam excipio) habent ἄθλον. Ego ἄθλιον (quod ſignificat Miſerum) nullo modo ferri poſſe exiſtimo: at verò ἄθλον & ἄεθλον idem valere notiſſimum eſt, adeo vt in eligenda alterutra lectione

menſuræ metri duntaxat habenda ſit ratio. At verò τὸν Ἡράκλειον ἄεθλον, ſiue ἆθλον ita cæteri exponunt (ſcholiaſtem nimirum ſequentes) vt Philoctetes vocet ſeipſum Herculis ἄεθλον, id eſt laborem, intelligens laborem quem ab eo cōſequutus ſit Hercules, cum aliis miniſteriis circa eū fungēte, tum etiā ſupremo illo in ſtruēdo rogo atq; accendēdo. In qua expoſ. ſcholiaſtē ſequūtur, vti dixi (niſi quòd is laborē illū ad rogi incenſionē reſtringit.) Sed is aliū etiā ſenſum affert: vt videlicet per Ἡράκλειον ἄεθλον intelligamus Ἡρακλέους διάδοχον, i. Succeſſorē Herculis. Quidā verò Ἡράκλειον ἄεθλον ſeu ἆθλον dixerūt reddi poſſe, vel Laborē Herculeū, vel Certamen Herculeū, ſed quo ſenſu, id verò non addiderūt. Et hæc quidē ſunt quæ ex aliis habeo. At ego cōtrà de hoc loco ita ſentio, legendo τὸν, nullā poſſe expoſ. afferri quæ non & violēta ſit, & neſcio quid ὑπόψυχρον habeat: ideóque minima cum mutatione pro τὸν ſcribi debere τό. in hac enim ſcriptura inuenire mihi videor ſententiā & commodiſſimā & minimè è verbis extortā, ſed ex illis ſpōte ſua (vt ita loquar) manātem. vt nimirū τὸ Ἡράκλειον ἄεθλον ſit vocandi caſus, & alloquens arcū ſuum Philoctetes, eū vocet Ἡράκλειον ἄεθλον, i. Herculeū præmiū, intelligens præmium ab Hercule adeptū, (ſicut Plaut' paſſiuè verbo Adipiſci vſus eſt) vt hæc ſit grāmatica verborū Soph. ſtructura, ὦ τόξον ἐκβεβιασμένον φίλων χερῶν, φίλων inquā: ἦ που ὁρᾷς ἐμὲ τὸν ἐλεεινὸν (ὁρᾷς, inquā, ὦ σὺ τὸ Ἡράκλειον ἄεθλον, εἰ φρένας τινὰς ἴσχῃς) ὧδέ σοι οὐκέτι χρησόμενον. Sed quanuis retineam φίλων priore etiam loco, & retineri poſſe ſciam, (vt ſit ἐπανάληψις conueniens exprimendo affectui) ſuſpectum tamen habeo, mutaturus in φίλον, ſi id mihi permittere auderem. Tunc autem perinde intelligendus eſſet locus ac ſi dictum fuiſſet, ὦ τόξον φίλον, ὦ τόξον φίλων χερῶν ἐκβεβιασμένον:

Digitized by Google

Sed quod ad ſenſum tamen attinet, parui refert vtro nomen illud ſcribatur modo. Sequentia autem Philoctetæ verba, valde obſcura & ipſa, exponam in annotatione in paginam 423.

V. Ἀνδρός] Huic quoque loco violenta expoſitio dari videtur, cũ ab aliis tum ab ipſo etiã ſcholiaſte, Ita enim exponunt, Boni viri eſt verum dicere in tempore, ſeu, loco & tempore. Et ipſe quoque ſcholiaſtes (quem nimirum & hîc ſequuntur) ita, *ἀγαθοῦ μὲν ἀνδρός ἐστι, τὸ ἀληθὲς ἐν καιρῷ λέγειν, ὀφείλει δὲ καὶ ὁ ἀκούων μὴ ἐκφαυλίζειν τὰ λεγόμενα*. Atqui, vt omittam, multis modis coactam eſſe expoſitionem, accipiendo videlicet *δίκαιον* pro *ἀληθὲς*, deinde planè duram atque adeo inuſitatam traiectionem verborum in hunc locum inuehendo, vt videlicet ſit, *ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν*, pro *ἀνδρὸς [ἀγαθοῦ ἐστι] εἰπεῖν εὖ τὸ δίκαιον*: vt (inquã) illa incõmoda prætereã, parũ certè *φιλάληθες ἦθος* oſtẽdit qui *περὶ τῆς ἀληθείας* ita loquitur, vt eam dicat loco & tẽpore eſſe profitẽdã. Quaſi videlicet vt veritatem profiteri loco & tempore, ſic & mẽtiri loco & tẽpore virum probum deceat. Imò verò mendacium ne mancipia quidem, quæ frugi ſunt, decet. vnde etiam Plutarchus in ſuo de puerorum educatione libello, pag. 19 meæ editionis, quum dixiſſet aſſuefaciendos eſſe ad loquendum vera, ſubiungit, *τὸ γὰρ ψεύδεσθαι, δουλοπρεπὲς, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, καὶ οὐδὲ μετρίοις δούλοις συγγνωστόν*. Sed & ſenarius extat inter eos qui Menandro adſcribuntur, *γνωμικοὶ* dicti, *Ψεῦδος δὲ μισεῖ παῖς σοφὸς καὶ χρήσιμος*. Cui & hi tribuũtur eodem pertinentes,

Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν
Ἐν παντὶ καιρῷ. τοῦτ᾽ ἐγὼ παρεγγυῶ
Εἰς ἀσφάλειαν τοῦ βίου πλεῖστον μέρος. vbi obſerua

τἀληθῆ λέγειν, non *ἐν καιρῷ* (vt hîc exponunt *δίκαιον εἰπεῖν εὖ*) ſed *ἐν παντὶ καιρῷ*. Quid verò ex aliis teſtimo-

nia corrogare neceſſe eſt, quum ipſummet Sophoclem teſtem laudare poſſimus? Eius enim hæc ſunt,

Ἀλλ᾽ οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου.

Καλὸν τὸ κεύθειν, κοὐ πρὸς ἀνδρὸς ἐλέγχοις. (qui tamen poſterior verſus an priori illi à Sophocle ſubiunctus ſit, dubium eſſe poteſt) Huc pertinet & iſte eiuſdem verſus à Plutarcho citatus in libello qui inſcribitur *πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν*, pag. 35 meæ editionis,

Οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι. [Denique mihi videor & hoc apud eundem legiſſe, — *ὀρθὸν ἡ ᾽λήθει᾽ ἀεί.* Nec eſt quòd quiſquam obiiciat, poetas interdum eadem de re non diuerſa modò, ſed & cõtraria loqui. Aliud enim eſt, ad ſeruãdum decorũ, dicta improba tribuere ſeu affingere viris improbis, aliud, ſub chori perſona, ex ſuo ſenſu (vt ita dicam) aliquid proloqui. Sed vlterius etiam pergo, & ne rationi quidem conſentaneam eſſe dico illam expoſitionem, etiamſi tanquam ex ore improbi viri verbum illud acciperetur. Nam dicere Probi viri eſſe, loco & tempore vera loqui, annon perinde eſt acſi quis diceret Probi viri eſſe loco & tempore probum virum agere? ſeu probi viri officio fungi? Hîc igitur conſideret lector quantam vim illi expoſitores quàm fruſtra verbis Sophoclis attulerint, aliáſque pleraſq; huiuſmodi expoſitiones ſuſpectas itidem habere meminerit. Quũ autem in iſto loco præ cæteris primùm violentæ, deinde etiam abſurdæ expoſitionis manifeſtiſſimum exemplum editum mihi eſſe videretur, lubenter in ea oppugnanda paulo diutius immoratus ſum.

Nunc autem ad meam expoſitionem veniens, dico, retinendo *δίκαιον* in ſua ſignificatione, miniméque violentam illam traiectionem in locum

Digitized by Google

iſtum inuehendo, hunc eſſe ſenſum: Quod quis bene & rite fecerit, æquũ eſt id dicere [tale eſſe:] quũ autem quiſpiam id dixerit, minimè inuidè calumniari oportet, quod alioqui rite factũ eſſe negare non poſſumus. nam φθονερᾶν γλώσσας ὀδύνην tragico loquendi genere vocari puto φθονεροὺς λόγους, & eadem forma dici γλώσσας ὀδύνας qua dici ſolet γλωσσαλγία, quũ ἄλγος & ὀδύνη vnum idémque ſignificent. reddique poſſe exiſtimo φθονερᾶν γλώσσας ὀδύναν, Inuidam linguæ petulantiam. Niſi quis malit, Inuidum linguæ virus. Cæterùm de reliquis duabus expoſitionibus quæ in ſcholiis habentur, ideo tacui, quòd earũ vna planè omittat particulam εὖ: (ea videlicet quæ habet, ἀγαθοῦ μὲν ἀνδρός ἐστι τὸ δίκαιον εἰπεῖν, εἰπόντα δὲ μὴ φθονεῖσθαι) altera autem, expoſitionis nomen apertè mentiatur, & quiduis potius ſit quàm expoſitio. Hóccine enim exponere eſt, vnicò ſcriptoris alicuius vocabulo multa de ſuo affingere? eidem vocabulo in vno eodémque loco diuerſam ſignificationem diuerſámque ſedem tribuere? id eſt, & cum præcedentibus & cum ſequentibus illud iungere? Imo verò hoc eſt verba veterum ſcriptorum ludos facere, vel certè ea ceræ loco habere, quæ digitis, in quãcunq; formã fingere eã libuerit, parere ſolet. Sed ne lectori hinc abire neceſſe ſit ad ferendũ de ea iudiciũ, eam ſimúlque Soph. verſum ſubiungam. Ita igitur Sophocles, Ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ, δίκαιον εἰπεῖν: ita bellus ille expoſitor, Ἀγαθοῦ ἀνδρός ἐστι τὸ λέγειν τὸ δίκαιον· δίκαιον δὲ καί σε ὁμολογεῖν ὅτι εὖ πέπρακται. Ne autẽ miretur lector huiuſmodi expoſitiones inter hæc ſcholia reperiri, ſciat non eiuſdem autoris eſſe omnes, ſed variorum, ideóque interdum contingere vt vni acutiſſimæ & doctiſſimæ, vicina ſit alia abſurdiſſima, imperitiſſimáque & falſiſſima.

PAGINA CCCCXXIII.

V. παχθεὶς] In textu editionis Turn. ἀφημοσιών habetur, vt hic: at in calce libri annotatur altera lectio ἀφημοσιῶαι. Ego nullum hîc locum accuſatiuo eſſe dico: ſitne autem ἀφημοσύνα legendum, an ἐφημοσύνα (vt cæteræ editiones habent) de hoc verò minimè pronuntio. Nam ἐφημοσύνα quidem (Doricè pro ἐφημοσύνη) ſonare ſcio Iuſſu, ſeu Monitu, vſitatámque eſſe hanc ſignificationem nō inficior: ſed quomodo dicetur Vlyſſes Neoptolemi iuſſu id feciſſe? At ſi κεῖνος de Neoptolemo intelligas, in alia incidis incommoda. nam Vlyſſi demandata cura illa fuit, non Neoptolemo: deinde quorſum (dicet fortaſſe aliquis) chorus excuſaret Neoptolemum potius quàm Vlyſſem, quum in hunc potius quàm in illū inuehatur Philoctetes? At ἀφημοσύνην viciſſim nouā mihi eſſe vocem fateor, alioqui quin ea blandiloquentiam indicet, nihil obſtare, & eſſe aptiſſimam præſenti loco hanc ſignificationem puto: vt dicatur Vlyſſes blandiloquentia Neoptolemi ἀνύσαι κοιναὶ ἐς φίλους ἀρωγάν. Ad hanc autem blandiloquentiam pertinent quæ exprobrat Neoptolemo Philoctetes pag. 426. ſed viciſſim pro ἐφημοσύνα facit quod initio eiuſdem paginæ dicit Vlyſſes Neoptolemo, ἅ γ' ἔλαβες βουλαῖς ἐμαῖς. Ac profectò (vt tandem hanc diſputationem finiam) ἐφημοσύνα legere malim, quòd ἀφημοσύνα nouum ſit, vti dixi. Illis autem duabus obiectionibus quas modò protuli, reſponderi poſſit, primùm κεῖνος ad Neoptolemum non malè referri, vt dicatur vnus ex multis delectus eſſe à toto exercitu, qui comitaretur Vlyſſem ad fungendum hoc officio, (ſequendo hunc verſum pag. 425, Ἦν σοι τεθόμενος τῶ τε σύμπαντι στρατῷ:) deinde non debere nos credere excuſari à choro Vlyſſem potius quàm Neo-

ptolemum, licet ille non hic nominetur in vltimis illis verbis, ὅσ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν κάκ᾽ ἐμήσατ᾽ Ὀδυσσεύς. Hic enim eſt (meo quidem iudicio) verborum Philoctetæ ſenſus, alloquentis arcum ſuum, (vbi dicit ἀλλ᾽ ὄν με πάλαγᾶ, &c.) Tu commutato domino, nunc à callido viro tractaris, videns turpes fallacias, & virum inimicum, qui turpibus rationibus infinita mala nobis infert quæ aduerſus nos machinatus eſt Vlyſſes. vt videlicet Neoptolemus dicatur operā ſuam turpiter Vlyſſi commodare, vel potius ad rem turpem, nimirum ad committendum furtum. Quod conuenit cum iſtis pag. 417, Οὐκ εἶ κακὸς σύ, πρὸς κακῶν δ᾽ ἀνδρῶν μαθὼν Ἔοικας ἥκειν αἰσχρά. Sed & ipſe Neoptolemus turpitudinem huic facto ſubeſſe fatetur, pag. 415, Αἰσχρὸς φανοῦμαι. τοῦτ᾽ ἀνιῶμαι πάλιν. Et rurſus, 415, Αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ κοὐ δίκῃ λαβὼν ἔχω. Et paulo antè dixerat, Ἀπάτῃσιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών.

PAGINA CCCCXXIIII.

V. πύξω] Scribitur & τὴν μετώπην, eodem ſenſu. Scholiaſtes noſtram lectionem ſequitur.

PAGINA CCCCXXV.

V. Παρ᾽ οὗ τοῦ] Ante αὖθις interpungendum eſſe puto. nec enim αὖθις πάλιν ferri ad ἔλαβον, ſed ad verbum quod ſubaudiendum relinquitur. nam imperfectam eſſe orationem manifeſtū eſt, quæ perficietur addendo extrinſecus δώσω, vel ἀποδώσω.

V. Εὖ νῦν] Pro ἀκηκοὼς legitur & ἀκήκοας. quam lectionem ſequendo, non malè interpungetur poſt ὄπισω: at ſi ἀκηκοὼς retineatur, (quod malim) expungenda fuerit interpunctio, quum ſit, ὄπισω ἀκηκοώς, ſcito te audiſſe.

PAGINA CCCCXXVI.

V. ἀλλ᾽ οὐδὲ] Annotatur in calce edit. Turn. quædā exēplaria præfigere huic verſui perſonā Vlyſſis, nō autē ſequēti. Ego multo aptius vtrūq; verſū ab vno

eodémq; pronuntiari puto. vt dicat Neoptolemus, Non potes mihi tuis minis metum incutere, ſicut viciſſim ex tuis viribus non pendet mea audacia. Sed hoc ſciẽdum, in iis editionibus quæ illam Turnebi præceſſerunt, verba illa, χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς, &c. continuari ſub perſona Neoptolemi: & viciſſim ἀλλὰ κἀμέ τοι, &c. adſcribi Vlyſſi, vſque ad ἐσωφρόνησας, vnde incipit loqui Neoptolemus. Ac certè (quod pace Triclinii dixerim) melius ita tribui videntur perſonæ huius, itémque illius, verba quæ illis conueniant. quum enim minatus eſſet Vlyſſes Neoptolemo fore vt ipſe cum ſuis aduerſus illum pugnaret potius quàm aduerſus Troianos, (tanquam videlicet capitaliorem hoſtem quàm illi) ad hæc verba excandeſcens Neoptolemus, ἔστω τὸ μέλλον, inquit: ſimúlque ſe certamen illud differre nolle profitetur. perinde acſi diceret, Quicunque futurus ſit certaminis euentus, en me ad illud paratum habes, & quidem manum iam capulo admouentem. At Vlyſſes, ne ignauiã ſuam prodat, in ſe itidem moram nullam fore dicit: ſed mox comprobans quod à Philoctete dicitur pag. ſequente, de eo atque aliis quibuſdam, κακοὺς ὄντας πρὸς αἰχμήν, tanquam mutata certis de cauſis ſententia, certamen detrectat, dicens καί τοι σ᾽ ἐάσω, &c. q.d. Imò verò iam cogito ſatius fore miſſum te facere, & de te ſumendum ſupplicium toti exercitui relinquere. Sed Neoptolemus eum ſuæ ignauiæ hoc prætexere ſciens, dicit ἐσωφρόνησας (quo verbo hìc ſignificatur id omnino quod dicimus in vernaculo ſermone, *Tu as faict que ſage*) & addit, κἂν τὰ λοίφ᾽ οὕτω φρονῇς, &c. perinde acſi diceret, Sapienter feciſti quòd certamen detrectaueris: ac ſi pergas ita ſapere, vt nunquam certaminis aleam ſubeundam tibi putes, nimirum vitæ tuæ conſules. Memini autem me & alibi particulam

καί τοι

κάμπτει legere eundem prorſus habentem vſum: quũ videlicet aliquis, vbi ſe hoc vel illud facturũ dixit, aut facere cogitauit, ſtatim mutato cõſilio aliud potius facere in animũ inducit. Cæterũ hîc quædam exẽpl. meæ edit. habent literam ς poſt ἐάσω, quæ ex principio quarti abhinc verſus irrepſit: quum ibi legendum ſit ἴσως.

PAGINA CCCCXXVII.

V. Ἐγὼ δ᾽ ἀπαυδῶ] Nõ video quomodo ξυνίστορες ad ſequentia referri commodè poſſit, ac in eo minimè ſcholiaſtæ aſſentior, quem illuc retuliſſe, ex eius expoſitione manifeſtum eſt. At contrà aptiſſimè (meo quidem iudicio) parentheſi includentur hæc verba, ὡς θεοὶ ξυνίστορες, vt ſit ἀπαυδῶ ὑπὲρ τ᾽ Ἀτρειδῶν &c. Id eſt, At ego Atridarum nomine & quaſi illorum verbis totiúſque exercitus, veto ne hoc facias: teſtéſque deos aduoco eorum quæ loquor. Scio tamẽ in omnibus editionibus quæ illã Turnebi præceſſerunt, nullam nec ante nec poſt ea verba interpunctionem haberi, in illa autẽ interpungi quidem ante, at non poſt, vt videlicet iũgantur cum ὑπὲρ τ᾽ Ἀτρειδῶν. in quem errorem impulit ſcholiaſtes, vt opinor.

V. εἶεν] Legitur & ὅπου: ſed malo ὅπου: vt ſit, Nec iã quicquam ſupereſt de quo mihi iraſci ac me culpare poſſis.

PAGINA CCCCXXX.

V. Τροίας] Pro γόοις annotatur & λόγοις. at ſchol. afferens λόγοις, admonet ſcribi etiam γόοις, quem datiuum alteri anteponere videtur.

V. Τίνα] In Ald. Flor. Germ. Colin. edit. ſcriptũ eſt diſiunctim πρὸς ὠφέλησιν: quinetiã Turnebi editio hanc lectionem habet in contextu, ſed in margine alteram lectionem προσωφέλησιν. quam ego

contrà in contextum recipere minimè dubitaui, quum apertè orationis curſum (vt ita dicam) impediat illa præpoſitio ſeparata, contrà verò commodè cum accuſatiuo cohæreat, & quum dicatur itidem προσωφελῶ. Vtrunque certè apud Euripidē extat, videlicet & verbū & alterum eius verbale προσωφέλημα. legitur enim in Hercule furente in primo v. pag. 3, edit. Ald. Οἱ δ' ὄντες ὀρθῶς ἀδυνατοῦσι προσωφελεῖν. At προσωφέλημα, in Medea, pag. 21 eiuſdem editionis, Ἀλλ' εἴ τι βούλει παισὶν ἢ σαυτῇ φυγῆς Προσωφέλημα χρημάτων ἐμῶν λαβεῖν, Λέγ'. Huius autem generis errores multos apud Euripidem exhibebunt tibi noſtræ in illum annotationes, ſeiunctæ videlicet præpoſitionis quæ coniungi debet. Recordor autem mendi omnino ſimilis quod eſt apud Thucydidem libro 1, pag. 45 meæ editionis, circa medium, ἐπικαλοῦντες ἐπ' ἐργασίαν Μεγαρεῦσι τῆς γῆς τῆς ἱερᾶς. neque enim dubito quin ibi ἐπεργασίαν coniunctim ſcribere oporteat: atque adeo quin ipſe ſcholiaſtes ita legerit, quum dixit præpoſitionem eſſe περιττήν, id eſt ſuperuacaneam. nam, ſeparando illam ab accuſatiuo ἐργασίαν, non ſuperuacanea tantùm eſſet, ſed omnino ab hoc loco aliena. Poſſem verò & alia propè infinita huius erroris exempla apud varios autores oſtendere, ſed ea in meum librum quem De originibus mendorum inſcripſi, reſeruabo. Vnicum addam ex ſcriptis Teſtamenti noui ſumptum, videlicet ex Matthæi cap. 23, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας. ita enim habent cum aliæ editiones, tum etiam editio patris mei Roberti Stephani, & quidem nō ea tantùm quæ enchiridii forma (vt vulgò loquuntur) edita fuit, verumetiam ea quæ grādibus excuſa eſt literis. Sed nō dubiū eſt quin

lectio quam ego in quatuor exemplaribus inuentam adſcripſi margini illius editionis, nimirum ἐξαρπαγῆς, longè potior ſit: vel quin hæc poti⁹ germana ſit, altera autem ſuppoſititia.

Inter edendũ has annotationes, deprehẽdi nonnullla typographica mẽda, quorum quædã huic editioni cum Turnebica & aliis ſunt cõmunia, quædam etiam peculiaria. de his ego te commonefaciendum putaui. Pag.30.v.12 dele interpunctionem poſt λατρείας. P.99.in ſchol.v.Ἀφ’] repone Καλός. P.142.v.23, κρείττοσιν. P.159.v.15, ἀμφιπείπας. Pag.166.in ſchol.v.δι’ ὅσον] ſcribe χερσί. Paulo pòſt autem quid pro Ἀληθὲς ἐννέπειν ſcholiaſtes ſcripſerit, dubium eſt. P.232.v.21, ἐν ἀνθρώποισιν. Pag.263.v.26, τὸν Αἵμονος. P.305.v.19, προθυμηθίας. Pag.426.v.15, ἐάσω. at ς quod huic verbo adiectum eſt, pertinet ad primam vocem verſus 18, vt ſit ἴσως.

Addenda annotationi ſcriptæ in hunc paginæ CCLXI verſum, Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες &c.

Sed admonendũ puto lectorem de eo quod apud Euſtathium legitur, Comment. in librum ν Il. paginæ 957. ibi enim poſtquam dixit inueniri quaſdam verſuum παρενθέσεις apud Hom. (cuius exemplum eſſe iſtum verſum,

Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδὴν, qui inter hoſce duos interiectus inuenitur,

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,

Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς Ἐσθλὸν) addit, non ſolis Homeri poematis hoc accidiſſe, ſed & aliorum, ac nominatim ipſius Sophoclis. ſiquidem inter hoſce verſus,

— τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν, ἄνδρα οὐ τίθημ' ἐγώ.

Πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα &c.

inſertum eſſe iſtum, Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. vt videlicet dicat Sophocles, ὅτι ὅταν προδότης γένηταί τινι ἡ ἡδονὴ, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν ἐπὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον, δηλαδὴ ψεύδεσθαι τὴν ζωὴν, οὐ σκιὰν αἴσσοντα, οὐδὲ ἀέρος κίνημα, ἢ τοιοῦτόν τι, ἀλλ', εἰ δὲ σκληρὸν εἰπεῖν, νεκροζῶντα. ὃ δὴ ἀσειότερον τοῦ ἡμιζώου, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τοιαῦτα. Sed ſubiungit, hanc verſus adiectionem magis neceſſariam eſſe quàm Zenodoteam illam in loco Hom. modò citato. hanc enim βελτιοῦν τὴν διάνοιαν.

Addenda annotationi in hunc paginæ CCCCXXVI verſum, Ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χρεῖ πίθομαι τὸ δρᾶν.

In ea annotatione, loquẽs de hoc verſu, Καίτοι σ' ἀστοὶ &c. qui legitur paulo poſt illũ à me prolatum, dixi meminiſſe me & alibi particulam καίτοι legere eundem prorſus habentem vſum: quum videlicet aliquis, vbi ſe hoc vel illud facturum dixit, ſta-

tim mutato conſilio aliud potius facere in mentē inducit. Exemplum autem nullum ſubiunxi, quòd mihi memoria nullũ ſuggereret. Sed quæ tum ne vnum quidē mihi rogāti ſuppeditare dignata eſt, paulo pòſt duo ſuppeditauit, & quidem vltró. eſt autem vtrunque ex Euripide, vnum in Medea, alterum in Ione. nam pag. 36, quum dixiſſet Medea,

Τί δεῖ με πατέρα τῶνδε τοῖς τούτων κακοῖς
Λυποῦσαν, αὐτὴν δὶς τόσα κτᾶσθαι κακά;
Οὐ δῆτ᾽ ἔγωγε. χαιρέτω βουλεύματα.

ſtatim ad illa ſua βουλεύματα quibus valedixerat, reuertens, dicit,

Καίτοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ᾽ ὀφλεῖν,
Ἐχθροὺς μεθεῖσα τοὺς ἐμοὺς ἀζημίους;

In Ione autem dicitur eodem planè modò, p. 48 editionis Aldinæ,

Καίτοι τί πάσχω; τοῦ θεοῦ παρεκθυμία
Πολεμίων, τὰ μηδὲν σύμβολ᾽ ὅς γ᾽ ἔσωσέ μοι.

DE SOPHOCLEA IMITATIONE HOMERI, SEV DE SOphoclis locis imitationem Homeri habentibus, diſſertatio Henrici Stephani.

VIſum eſt, ad implendas huius chartæ paginas, lectori φιλοσοφοκλεῖ oſtendere quomodo φιλόμηρος ſeu Ὁμήρου ζηλωτὴς fuerit ipſe Σοφοκλῆς, proferendo videlicet vtriuſque locos, eóſque inter ſe conferédo. Quam ego collationem non parum vtilitatis cũ non parua voluptate allaturam confido. Eſt autem imitator Homeri Sophocles interdum quidẽ in verbis, interdũ verò in ſententiis. In verbis quadrifariam: nimirũ quũ aut iiſdẽ vocibus, aut certè parũ immutatis, vtitur: aut ad peculiarẽ quẽpiam vſum, quem Homerus alicui verbo tribuerit, reſpiciens, alii quod ei ſynonymũ eſt, eundẽ tribuit: aut aliquid circa ipſã phraſεωs (vt ita dicã) formã imitatur. In ſentẽtiis autem bifariam, quum videlicet ex quopiã Homeri dicto occaſionem ſimilis alicuius accipit, aut etiamquũ ipſummet dictũ velut παραφράζει. Sed hæc ego quum de Sophocle dico, in cæteris poetis tragicis idem imitandi Homeri ſtudium conſpici non inficior: imò in illis quoque nos experiri dico verũ

eſſe quod Naſo de illo cecinit, à quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis. Atque adeo quædam Homeri dicta apud tres illos itidem παραφερασθέντα legere me memini. quorũ è numero eſt iſtud, Od. γ,

> Μηδέ τι μ' αἰδόμενος μειλίσσεο, μηδ' ἐλεαίρων,
> Ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον ὅπως ἤντησας ὀπωπῆς.

Hoc enim dictum παρέφερασιν AEſchylus ita ſcribens in Prom. vincto, pag. 43 meæ edit.

> εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν ὅ,τι
> Λοιπὸν πόνων, σήμαινε· μηδέ μ' οἰκτίσας,
> Ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσιν. νόσημα γὰρ
> Αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

Sophocles autẽ in Antigone, pag. 263 meæ editionis, ita,

> Τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν ὧν ἐς ὕστερον
> Ψεῦσται φανούμεθ'; ὀρθὸν ἡ ἀλήθει' ἀεί.

Apud Euripidẽ quoque legere me memini quæ dictum illud παραφεράζειν, aut certè alludere ad illud viderentur, ſed ea mihi in præſẽtia nõ ſuggerit memoria. Cæterùm quãuis idem imitandi ſtudium in aliis quoque conſpici ſciam, eius tamen exempla ex Sophocle duntaxat protuli (partim à me, partim ab aliis animaduerſa) quòd illud apud eum multo frequẽtius quàm apud cæteros eluceat, vnde etiam φιλόμηρος potius quàm cæteri vocatus fuit.

De Sophoclea imitatione Homeri in verbis.

Ipſa igitur Homeri verba retinet Soph. interdum, vel potius ſæpe. id eſt, aut verba quæ Homeri ſunt potius quàm cæterorum ſcriptorũ, aut certè quorum certus eſt quidam vſus Homero velut peculiaris. veluti quum dixit Sophocles *ναίειν* pro *ναίεσθαι*, ita ſcribens in Aiace, pag. 36, *Ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς σὺ μὲν που Ναίεις ἁλίπλακτος εὐδαίμων, Πᾶσι περίφαντος ἀεί*: quum (inquam) vſus eſt ita verbo *ναίεις*, non dubium eſt quin ad iſtum Homeri verſum reſpexerit qui eſt Il. β, *Νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς, Ἤλιδος ἄντα*: aut ad aliũ (ſiquis eſt) in quo Hom. verbo *ναίειν* itidẽ vtitur. Sic certè vtitur & verbo *ναιετάειν* pro *ναιετάεσθαι*. vnde Il. ζ, *Ἐκ γὰρ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὖ ναιετάουσαν*.

Quum ſcripſit idem Sophocles *ἀσεβείας ἐπιβαίνοντες* pro *ἀσεβοῦντες*, meritò iudicetur ad eum verbi *ἐπιβαίνειν* vſum reſpexiſſe quem habet apud Homerum, quum dicit *ἀναιδείης ἐπιβῆναι* pro *ἀναιδεύσασθαι*, & *εὐφροσύνης ἐπιβῆναι* pro *εὐφραίνεσθαι*: videlicet Odyſſeæ χ, *Τάων δώδεκα πᾶσαι ἀναιδείης ἐπέβησαν*: & Odyſſ. ψ, *Ἀλλ' ἵνα ὄφρα σφῶϊν ἐϋφροσύνης ἐπιβῆτον Ἀμφοτέρω φίλον ἦτορ· ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέποσθε*.

INTERDVM autem vocabulum Homericũ aut vocabula ex parte retinet & ex parte immutat. vt quum pro eo quod Homerus dixerat, *Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς*, dixit *ξυρεῖ γὰρ ἐν χερί*.

Sic quum inducatur ab Homero Iupiter *κτυπῶν*, ab eo dicitur *κτύπος* eadem de re: atq; vt apud Homerũ legitur *σμερδαλέα κτυπῶν*, ſic apud illum, *μέγας κτύπος, ἄφατος, διοβόλος*.

Itidem ad imitationem Homerici epitheti *βωτιάνειρα* factum fuit epithetum *παμβῶτις* à Sophocle, ſcribẽte, *ὀρεστέρα παμβῶτι γᾶ μᾶτερ αὐτοῦ Διός*.

Atque vt Homerus *χρυσήνιον* vocauit *Ἄρτεμιν*, ita Sophocles *χρυσόνωτιν λώιαν ἡλίου* dixit.

Huc pertinet *σύγκλητος λέσχη*, quod Sophocles ex iſtis Homeri verbis mutuatus eſt, *ὅσοι κεκλήατο βουλήν*. Idem autem & in aliis vocibus fecit Sophocles (ſicut & alii tragici) vt videlicet aliquam ſimplicem qua vel Homerus aut alius quiſpiam ſuperiorum temporum poeta vſus eſſet, in compoſitã mutaret. veluti quum ex hoc poetico loquendi genere *στέρνα γῆς* ſiue *χθονός*, occaſionem ſumpſit dicẽdi *στερνοῦχος χθών*.

ALIQVANDO autẽ (vt à me ſuprà dictum eſt) reſpiciens Sophocles ad peculiarem quempiam vſum quẽ Homerus alicui verbo dederat, alii quod ei ſynonymum eſt, eundem dedit. vt quum *τάφον χῶσαι* dixit ille tragicus, manifeſtum eſt imitari eũ voluiſſe quod apud Homerum legitur *σῆμα χεῦαι*, aut *ἐπιχεῦαι*. vt Odyſſ. λ, *Σῆμά τ' ἐμοὶ χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης*. Et Il. ψ, *Γεῖν γ' ὀνὶ Πάτροκλον θέμεναι πυρὶ, σῆμά τε χεῦαι, Κείρασθαί τε κόμην*. Et Iliad. ζ, *Ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισιν, Ἠδ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν*.

Eiuſdẽ imitationis modi exemplũ eſt apud Sophoclem, quum ſicut Homerus dicit *ὀχθῆσαι* de eo qui graui mœrore affectus eſt, ita & ipſe grauiter mœrentem dicit *ὕψοσ' αἴρειν θυμόν*. quum *ὀχθῆσαι* putent grammatici dictum quaſi *εἰς ὕψος ἐπᾶραι τὸν θυμόν*.

CIRCA ipſam autem phraſεως (vt ita dicam) formam aliquid imitatur Sophocles, vt quum ita loquitur, *ἤθελω πατέρα τὸν ἐμὸν ἀλογοῦντά σε*. item *τὸ δ' ἔπος ὁ ἐξερῶ, τάχα ἥδοιο μέν*: necnon *πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ*. non obſcurum eſt enim ad iſtum Homeri locum reſpexiſſe, Iliad. ι, *ὥς αὖ τάδε γηθήσετε*; ſimilis nanque eſt vtrobique præpoſitionis elleipſis.

Vt autem hic ellipſi Homerica vſus eſt Sophocles, ita etiã pleonaſmo Homerico, quum dixit, ὁ κατθανὼν νέκυς, in Antigone, pag. 234, Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς. neque enim dubito quin imitari voluerit Homerum copulantem νέκυες cũ καταπεθνειῶτες, & cum καταφθίμενοι. vt Odyſſeæ λ, -αἱ δ' ἀγέροντο ψυχαὶ ὑπὲξ Ἐρέβευς νεκύων καταπεθνειώτων. Et Il. η, – Οὐ γάρ τις φειδὼ νεκύων καταπεθνειώτων Γίνετ', ἐπεί κε θάνωσι, πυρὸς μειλισσέμεν ὦκα. At νέκυες cum καταφθίμενοι in eodem illo libro Odyſſeæ λ, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Non ignoro autem eſſe & aliam lectionem loci illius, videlicet ὁ κατὰ χθονὸς νέκυς, ſed quam ex 23 verſu eiuſdem paginæ irrepſiſſe veriſimile ſit (vt in meis annotationibꝰ docui) ad vitandum huiuſmodi pleonaſmum. Atqui cum alia ſunt eodem modo pleonaſtica apud hunc tragicum, tum verò hoc, τυμβεῦσαι τάφῳ. hîc enim abundare τάφῳ manifeſtiſſimum eſt. Quanuis autem illud pleonaſmi exemplum Homericum illi ellipſeos exẽplo ſubiunxerim, non ignoro tamen diuerſi generis ea eſſe.

Quinetiam tranſitus à plurali numero ad ſingularem, qualis hic in Aiace, p. 45 & 46,

Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα
Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις
Ἔφασχ' ὁ μάντις, ὅστις ἀνθρώπου φύσιν
Βλαστὼν, ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ, hic, inquam, tranſitus à plurali ad ſingularem, Homericus exiſtimatur, id eſt ex Homeri imitatione profectus: quippe qui eo multis in locis vtatur: ex quibus eſt hic Il. γ,

– καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

Nec tamen hos locos ex Sophocle proferens, in quibus circa ipſam phraſεως formam Homerum imitatus eſt, eiuſdem imitationis exempla extare apud alios nego, præſertim verò apud eius æmulum Euripidem. Scio enim, quod ad illum locum attinet, τίς ἂν τάδε γηθήσειεν, dixiſſe Euripidem eodem modo, πῶς δ᾽ ἀσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι. vbi omnino ſimilis eſt præpoſitionis ellειpſis. Sed nec pleonaſmorum ſimilium illis quos ex Sophocle protuli, videlicet κατθανὼν νέκυς & τυμβεῦσαι τάφῳ, exempla deſunt apud Euripidem. Iam verò quod attinet ad illum tranſitum à plurali ad ſingularem, eius quoque cum apud cæteros ſcriptores, tum apud Euripidem non rara extant exempla. è quibus vnum habemus in iſto eius loco, (qui in Hecuba legitur, ſi bene memini) δεσποτῶν ὠμῶν τύχοιμι ὅστις μ᾽ ὠνήσεται. In iſto item, δίκη γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, ὅστις πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμάθῃ σαφῶς, ϛυγεῖ. Hæc, inquam, me non latent: ſed quum mihi propoſitum ſit de Sophoclea imitatione generatim diſſerere, non eos tantùm locos proferendos puto in quibus peculiarem quandam (vt ita dicam) imitationis viam tenuit, ſed illos quoque in quibus communem.

De Sophoclea imitatione Homeri in ſententiis.

Dixi Sophoclē in ſententiis bifariam Homerum imitari, quum videlicet ex quopiam Homerico dicto occaſionem ſimilis alicuius accipit, aut quum ipſummet dictum velut παραφράζει. Hæc autem exemplis reddentur clariora. Sic igitur Sophocles, ex iſto Homeri verſu qui legitur Iliados ι,

Digitized by Google

Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα, τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ, materiam dicti huius accepiſſe creditur quod in Aiace extat pag. 40, & in prouerbium abiit,

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. (licet alioqui Clemens Sophoclem velit verſum illum ex iſto Euripidis ſumpſiſſe,

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. qui verſus in Medea Euripidis legitur, & quidem ab ipſa Medea profertur, recuſante Iaſonis xenia, vtpote quæ ſuſpecta habebat. Sed ego Clementi nequaquam aſſentior.)

Sic verò quod dixerat Homerus Iliad. lib. π, Ὤμοι ἀπειλητῆρες, Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί, imitatus eſt Sophocles, quum dixit, μὴ γυναῖκες αὖτ' ἀνδρῶν πέλας ἔστε.

Affine autem dicto illi eſt hoc apud eundem Sophoclem de Ægiſtho, — ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος. quod ἀνθηλικῶς dixiſſe putatur, ad iſtum Homeri locum reſpiciens, Il. π,

Γλαῦκε πέπον, πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσι, νῦν σε μάλα χρὴ
Αἰχμητήν τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν.

Idem tragicus hoc in loco qui legitur in Trachiniis pag. 348, — κενὸν γὰρ οὐ δίκαιά σε Χωρεῖν, προσπαλθόντ' ὧδε σὺν πολλῷ στόλῳ, ad iſtum Homeri verſum multum celebratum & propemodum prouerbialem factum reſpexiſſe videri poteſt, Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι.

Atque vt pleonaſmos Homericos qui ſunt in verbis, imitatur, ſic & illos qui ſunt in ſentētiis ſeu dictis, quū videlicet idē νόημα repetitur alio genere loquendi, & quidem ſtatim póſt. Exempli gratia, quum dicit γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι in OEdipo tyranno, pag. 151, — παῖδες οἰκτροί, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι
Προσήλθεθ' ἱμείροντες.

Digitized by Google

itidémque quum dicit in Aiace,

— ἢ πῶς δ᾽ ἄκλητος, οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἀγγέλων
Κληθεὶς, ἐφορμᾷς πεῖραν;

necnon quum alibi ita loquitur, ἰδοὺς καὶ οὐ μηπρεὶ δυσχερής. item, οὔτε τι τοῦ μὴ θανεῖν προμηθὴς, τό, τε μὴ βλέπειν ἐπίμα, necnõ, ὁρᾷς, οὐδέ μ᾽ ὄμματος φρουρὰ πάρηλθε μὴ λεύσσειν, horum inquam pleonaſmorũ veriſimile eſt Sophoclem ſibi exemplar propoſuiſſe iſtum Homeri locum (alióſque ei ſimiles) Il. γ,

Ἕκτορ, ἐπεί με κατ᾽ αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ᾽ ὑπὲρ αἶσαν.

ALTERIVS autem modi, quũ videlicet ipſummet Homeri dictum noſter Soph. velut παραφράζει, plurima paſſim exempla extant. ex quibus ſunt hæc, Quum ceciniſſet Homerus,

Ἦμος δ᾽ ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει,

Sophocles illud dictũ ita extulit, ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη λαμπρὸν ἡλίου φάος.

Itidem verò quum induxiſſet Hom. Diomedem ita compellantem Paridem,

Εἰ μὲν δὴ ἀντίβιον σὺν τεύχεσι πειρηθείης,
Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃσι βιὸς καὶ ταρφέες ἰοί, creditur Sophocles ad hunc locum alludere voluiſſe, atque adeo eum παραφράζειν, quum induxit Menelaum his compellantem verbis Teucrum in Aiace, p. 63, Μέγ᾽ ἄν τι κομπάσειας ἀσπίδ᾽ εἰλάβοις. Sed & quod ab eodem Menelao de Teucro ibidem dicitur, vocante eum τοξότην per contemptum, Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὰ φρονεῖν, ex illo ipſo Homeri loco habere originem exiſtimatur.

Vt præterea Hector apud Hom. Il. ζ, hæc à diis precatur pro ſuo filio,

Ζεῦ ἄλλοι τε θεοὶ δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
Παῖδ᾽ ἐμὸν ὡς καὶ ἐγώ περ ἀριπρεπέα Τρώεσσιν,
Ὧδε βίην τ᾽ ἀγαθόν, καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν:

Digitized by Google

ſic apud Sophoclem hæc pro filio ſuo vota facit Aiax, pag.

Ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
Τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ὁμοῖος· καὶ γένοι᾽ ἂν οὐ κακός.

Necnon vt ipſe Hector vxorem ſuam Andromachen alloquens Il. ζ, dicit,

Καί ποτέ τις εἴπησιν, ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν,
Ἕκτορος ἥδε γυνή, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι
Τρώων ἱπποδάμων, ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο.
Ὥς ποτέ τις ἐρέει· σοὶ δ᾽ αὖ νέον ἔσσεται ἄλγος,
Χήτεϊ τοιοῦδ᾽ ἀνδρὸς ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ:

ſic apud Sophoclem Tecmeſſa Aiaci marito ſuo dicit, pag. 30,

Καί τις πικρὸν πρόσφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ,
Λόγοις ἰάπτων, ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν
Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ,
Οἵας λατρείας ἀνθ᾽ ὅσου ζήλου τρέφει.

Sed libet & aliquos proferre locos in quibus de iiſdem perſonis eadem ab vtroque dicuntur. Vt igitur admonui in annotatione quadam in Aiacē, p. 3, vbi dicit Minerua Vlyſſi, Ἔγνων Ὀδυσσεῦ, καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην Τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγίᾳ, vt, inquam, ibi admonui perſuaſum me habere, Sophoclem φιλόμηρον ad eos Hom. locos reſpexiſſe in quibus hæc ipſa dea παρίστασθαι & φυλάσσειν dicitur, atque adeo vbi illi etiam ipſi Vlyſſi dea illa dicit ſe eū φυλάσσειν: ita nunc addo, quod legitur ibidē (i. in duobus verſib⁹ qui illos proximè præcedūt) videlicet, πάντα γὰρ τά τ᾽ οὖν πάρος Τά τ᾽ εἰσέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί, manifeſtè ex iſtis Homericis eſſe ſumptum, qui extāt Il. κ, vbi rem eādē idē Vlyſſes de eadē dea teſtatur, de eius videlicet erga ipſum ſtudio, - ἥ τέ μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, οὐδέ σε λήθω Κινύμενος. Iā verò & tertiū eodē pertinētē locū profero. nam quod habetur eiuſdē tragœdiæ p. 2, ab eodē Vlyſſe

dictũ Mineruæ, Ὡς ἀμαθὴς σου, κἂν ἄποπλος ᾖς, ὅμως φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί, ex Hom. ſumptum eſt, qui de Vlyſſe dicit Il. β, - ὁ δὲ ξυνέηκε θεῆς ὄπα φωνησάσης, per θεῆς intelligẽs itidem τῆς Ἀθηνᾶς, ſeu cum Sophocle Ἀθάνας, Dorica dialecto.

Venio ad eas quæ ſentẽtiæ peculiari nomine appellãtur, dictas videlicet γνώμας Græcis. Hom. Il. ο,

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.
Φευγόντων δ' οὔτ' ἂρ κλέος ὄρνυται, οὔτέ τις ἀλκή.

Rurſum Il. ο, - οὐδὲ κέδασθεν ἀνὰ στρατόν. ἴσχε γὰρ αἰδὼς καὶ δέος. Soph. in Aiace p. 61,

Οὔτ' ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ' ἔτι
Μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων.

Et interiectis duobus verſibus,

Δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν, αἰσχύνη θ' ὁμοῦ,
Σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο.

Eodẽ autẽ refertur id quod in Antig. ſcriptum eſt, p. 241, τῶν δ' ὀρθουμένων Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.

Hom. Il. ν, Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν. Soph. Μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικροτέρων. Sed apud Stobæũ legitur ἄρισ' ἂν δράσοι, vt admonui in meis annot.

Sunt & alii Soph. loci γνώμας habẽtes ex Hom. ſumptas cũ in iis quæ extãt tragœdiis, tũ in verſib⁹ qui ex amiſſis citãtur. Sed hoc quoq; ſciẽdũ eſt, nõnulla quæ apud Hom. habẽt γνωμικὴν orationis formam, (vt ita loquar) ea Sophoclẽ alio orationis genere enuntiaſſe: ex quibus ſunt, ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, & Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.

Fuit autem & aliis modis Sophocles Homeri imitator, quos nũc perſequi non vacat. Hoc vnum (quod φιλόμηρον eũ fuiſſe teſtabitur) addã: eũ illius etiam hemiſtichia aliqua ſuis poematis inſerere non dubitaſſe, ex quibus eſt hoc, Ὤμοι ἐγὼ τί πάθω;

Digitized by Google

HENRICI STEPHANI

PRAEFATIO IN SVAS ANNOTATIONES IN EURIPIDEM.

DICIT apud Terentiũ Dauus;
Præſertim vt nunc ſunt mores, adeo res rediit,
Siquis quid reddit, magna habenda eſt gratia.

Itidem certè dici poteſt, Vt nũc ſunt mores, ſiquis quid ſcribit (alioqui multorum ſtudiis vtile futurum) longa eſt addenda excuſatio. Quod certè mihi cum in aliis ſcriptionibus, tũ in hac vſuuenire video. multos enim fore ſcio qui non de eo quod præſtiterim gratias agant, ſed de eo quod non præſtiterim, etiam expoſtulent, ſi auſint. En igitur illis tanquam iam expoſtulantibus, conſilium meum probare conabor. Cur non potius (dicent) Euripidem, ſicut Sophoclem, ediſti, & vtriuſq; calci annotationes tuas adiũxiſti? Cur in poſteriores tragœdias Euripidis, nõ itẽ in priores, annotationes ſcribẽdas cẽſuiſti? Cur in quoſdam locos prolixus, in quoſdã breuis fuiſti? Hæc certè ego Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi: ideóque harum expoſtulationũ nequaquam — noua mi facies inopináve ſurget.

Digitized by Google

Sic habeant igitur boni illi viri. Mihi ad editionem Euripideam talia defuerunt adminicula qualia nunc ad Sophocleã adfuerunt, & qualia iampridem ad AEſchyleam adfuerant. Interim verò lectionis Euripidis ſtudioſos priuare iis quæ ſuppetebant, qualiacunque erant, eius Henrici fuiſſet qui à patre Roberto (id eſt ab inſigni patris Roberti erga rempublicã literariam ſtudio) degeneraret.

In poſteriores autem non itidem in priores tragœdias caſtigationes edidi, quia grauius laborantibus adhibenda prius eſſe remedia exiſtimaui. præſertĩ quũ hæc inuẽtu etiã difficiliora eſſent quàm ea quibus priores illæ, minus grauiter, (vti dixi) laborãtes indigebant. Quum enim paſſim in Italiæ bibliothecis exemplaria vetera priorum Euripidis tragœdiarum extent, contrà vix decima quæque bibliotheca, imò vix viceſima, poſteriorum exemplar vllum habet. Quam ego rem non ex auditu habeo, ſed eius ſum oculatus teſtis, quippe qui omnes propemodum quæ per vniuerſam Italiam ſunt bibliothecas, non ſolùm publicas, ſed etiam ex priuatis eas quæ locupletiores putabãtur, peruagatus ſim, perluſtrarim, perueſtigarim. Cuius ego perueſtigationis fru-

Digitized by Google

ctum tũ iampridem cõmunicaui cum linguæ Græcæ amatoribus, variis autoribus edendis, tum verò communicandum nunc cenſui,vulgandis hiſce in Euripidem caſtigationibus. Cuius ego quum priores & poſteriores tragœdias appello, ad ordinem reſpicio qui in earũ editionibus typographicis hactenus obſeruatus fuit,& qui in pleriſque etiam veteribus libris viſitur. Cæterùm ex iis quos ſanaui locis, aliqui ſola etiã cõiectura ſanabiles erant, ſed multo plures ſine vetuſtorum exemplarium auxilio inſanabiles. præſertim quum Brodæus,vir alioqui ſagaciſſimus,ne ſuſpectos quidem morbi habuerit plurimos, qui morbo alioqui grauiſſimo laborabant,atque adeo qui planè mutili erant, vt ex hiſce meis annotationibus patebit.

Ad tertiam expoſtulationem venio,quã ab iis minimè profecturam ſcio, qui norũt quid ſit ad typographicam clepſydram ſcribere,id eſt,ſcriptionẽ ſuam typographicarum operarum penſo obnoxiam habere. Et tamen aut arti meæ valedicere cogor,aut ad hanc clepſydram ſcribere quæcunque ſcribo. vt omittã infinitas curas & occupationes,quas quũ ſecũ trahat ars iſta,iis quoq; permixtam meã ſcriptionẽ eſſe neceſſe eſt.

Hactenus ad illas expoſtulationes reſpõſum ſit. Addam nunc quídnam, præter illa quæ dixi, ad edendas haſce annotationes me impulerit. Incidi aliquando in quoſdam locos Euripideæ editionis, quæ prodiit ex Heruagii officina anno M. D. XXXVII, in quibus mirabar tam fideliter retineri potuiſſe omnia menda, & quidem etiam leuiſſima, quæ in Aldina erãt. Quod ego nimia quadam religione potius quàm ignorantia, factum eſſe interpretabar: donec quoſdam locos offendi qui ſecus me id interpretari debuiſſe apertè oſtenderunt. Ex iis autem fuit iſte in Helena, pag. 10, βαρὺ μὲν, οἰστέον δ᾽ ὅμοι. nam quum Aldina editio habeat ὅμωι, quicunque illi editioni præfuit, à ſua illa religione (id eſt religioſa mendorum obſeruatione) diſcedere auſus, pro ὅμωι repoſuit ὅμοι· id eſt, pro voce quæ ita deprauata erat vt cuiuis obuia eſſe poſſet eius emẽdatio, (quis enim, niſi ſit omnino obeſæ naris, mendum quod huic loco ſubeſt non odoretur, & ὅμωι locum aduerbii ὅμως hîc occupaſſe animaduertat?) repoſuit aliã, quã & ipſam mẽdoſam eſſe manifeſtiſſimum quidem ſit, ſed cuius emendatio non itidem in promptu cuiuis eſſe poſſit. Sed multo maiorẽ ignorantiam mihi patefecerũt loci quidam

Digitized by Google

in quibus ne legere quidem potuerũt quod Aldina editio habebat, ſed hanc notam cõpendiariam, aut certè huic ſimilem τ̃, valere idem quod τὴν putarunt: id eſt, illud ignorarunt quod pueri qui alphabetum Græcum per menſem in manibus habuerunt, ſi ignorarent, flagris digni iudicarentur. Et quoniã huiuſmodi lapſum incredibilem viſum iri ſcio, aliquot exempla proferre libet. En tibi igitur in Troadibus pagina 14, verſu 4, Πάεις δ' ἔγημε τὸν Διός: quum Aldina editio habeat τ̃ Διός. En tibi in eadem tragœdia, pag. 26, verſu 9, Πρόσπιτνε τὴν τεκοῦσαν. quum in Aldina editione legatur τ̃ τεκοῦσαν. Quo exẽplorum (tanquam teſtium) pari ſiquis contẽtus non eſt, adiiciam & aliud par, & quidem ex ſola pag. 30 depromptum. nam verſu 1 legitur Ἥκω δὲ τὸν Λάκαιναν, quũ Aldina editio habeat Ἥκω δὲ τ̃ Λάκαιναν. & verſu 5, Οἵαπερ γὰρ αὐτὸν ἐξεμόχθησαν δορὶ, quum in Aldina ſit Οἵαπερ γὰρ αὐτ̃ ἐξεμόχθησαν δορί. Quid dixi, par exemplorum? imò & tertium in hac ipſa pagina habes: videlicet verſu 13, κομίζετ' αὐτὸν pro κομίζετ' αὐτήν. quòd in Aldina legatur κομίζετ' αὐτ̃. Dicerem autem eum qui huic editioni præfuit, aut eos qui præfuerunt, quòd audiſſent Euripidem μισογύνην fuiſſe, id eſt oſorem ſexus muliebris, in eius operibus &

ipſos μισογυνίας ſuæ ſpecimen dare voluiſſe, genus fœmininum tot in locis vertentes in maſculinum: niſi in Plutarcho quoque talia contigiſſe animaduertiſſem, quæ fœdæ ignorãtiæ duntaxat (niſi quis ſocordiã dare ei comitẽ velit) imputãda eſſe manifeſtum eſt. Itidem enim in ea opuſculorum Plutarchi editione quæ anno M. D. X L I I prodiit, ſub Hieronymi Frobenii & Nicolai Epiſcopii typograph. nomine, fœdiſſima errata cõtigerunt, non tantùm ex eo ꝙ intelligi ſcripta huius autoris non potuerunt ab iis quibus editionis illius demãdata cura erat, ſed ex eo etiam quòd ne legi quidem ab iis nonnulli loci potuerunt in editione Aldina. Vt autem nec hîc ἀμαρτύρως loqui dicar, en tibi in libello qui περὶ παίδων ἀγωγῆς inſcribitur, quum Aldina editio habeat, pagina 9, verſu 10, τόγε μὴν ἀόργητον, ἀνδρός ȝ σοφοῦ, compendium illud ȝ quod valet ἐστὶ, putarunt boni illi viri valere δὲ, & hanc ſuam diuinationem ſequuti, hunc locum ita ſcriptũ nobis exhibuerunt, pag. 8 illius editionis, v. 3, τόγε μὴν ἀόργητον, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ. In eadem illa pagina (ne longè abeam) verſu quarto à fine, πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, ἐστὶ οὐδὲ μετρίοις δούλοις συγγνωστόν: vbi nemo non videt ἐστὶ minimè cõuenire, nec certè id Aldina editio habet,

ſed ϟ, pag. 10. legitur enim ibi ϟ οὐδὲ μετεί-οις δούλοις συγγνωστόν. ſed compendium illud valens idem quod καὶ, docti illi viri valere ἐπὶ crediderunt, idque tanquam certiſſimũ nobis in ipſo Plutarchi contextu propoſuerũt.

Sed ad Euripidem vt reuertar, quum docuerim quomodo in illa priore editione Germanica acceptus fuerit, ſupereſt vt etiã quomodo poſterior eum acceperit, omnibus patefaciam: quæ (vt verum fatear) multo etiam magis deſiderium edendi has annotationes mihi accendit. In ea enim tantæ támque pernicioſæ audaciæ ſpecimen editũ eſt, vt niſi ei fræna iniiciantur, ſed per cæteros quoque ſcriptores graſſari itidem permittatur, meritò clamaturus ſit aliquis de omnibus Græcis ſcriptoribus, déque vniuerſa lingua Græca actum eſſe. Quum enim deprauatis antiquorũ ſcriptorũ locis nonniſi cautè ac timidè atque adeo religioſè adhibenda remedia ſint, & quas ex coniectura habemus emendationes, id eſt dubias, pro certis afferre, eundémque illis dare locum quem merẽtur quæ ex veteri quopiam exẽplari proficiſcuntur, piaculare ſemper exiſtimatum ſit: ii contrà qui editioni illi præfuerunt, perinde acſi profananda Euripidis ſcripta & ſuæ poſteritati magna ex parte in-

Digitized by Google

teruertenda ſuſceperint, non illotis ſolùm, (vt eſt in prouerbio) manibus, ſed penè dixerim ſacrilegis, ea tractarunt. Qua de re plura niſi productis teſtibus, id eſt exemplis, haud dicenda exiſtimaui.

Ad ea igitur vt veniam, en tibi in Rheſo, pag. 2,

παῖς δ' Ἀγαμεμνονείαν προσέβα στρατὸς
ἐννύχιος σὺν θορύβῳ σκηνάν.

Hîc παῖς mendoſum eſſe ſiquis non videt, is Tireſia cæcior eſt. ſed è vicino peti poteſt emendatio. ex παῖς enim tollendo ι, habes πᾶς, germanam lectionem. Minimè igitur periculoſus fuit hic error in Aldina editione, ſicut nec in illa Germanica priore. At in poſteriore neſcio qui tanquam ad id quod vicinũ & loco accommodatum erat oculos claudentes, ad aliud remotum & à loco alienum eos conuerterunt, videlicet ad πεζός. adiicientéſq; θράσος ad ſuã ἀμαθίαν, (vt & hîc verũ eſſe experiamur quod dixit Thucyd.) nõ tanquam diuinationem ſuam, ſeu coniecturam, margini annotarũt, (quod tamẽ alioqui & de πᾶς faciendum fuiſſet, niſi veteris alicuius exemplaris conſenſus acceſſiſſet) ſed in ipſo textu collocarunt, eiectis veræ lectionis veſtigiis, ſimúlque copulatiuam particulam immerentem extruſerunt.

Digitized by Google

Itidem in Troadibus, pag. 44, editio Aldina habet, itémque Germanica prior, μέλας γὰρ δ' ὄσσε κατακαλύψῃ. quæ lectio deprauata quidem eſt, ſed ſine periculo, id eſt, ita vt hæc deprauatio nemini imponere queat. quis enim eſt qui nullum hîc locum habere particulam δ', animaduerſurus ſtatim non ſit? quotuſquiſque verò qui non ſit de reponendo σ' cogitaturus? At poſterior editio mendum quidem ſubeſſe loco illi & ipſa deprehendit, ſed dum eum emẽdare voluit, id repoſuit quo occultius quidem, ſed periculoſius ille deprauatur. Repoſuit enim δι' ὄσσε, nouum quoddam loquendi genus, id eſt quod nouam quandam barbariem habet, Euripidi affingens, ſic tamen vt tyronum oculos fallere hæc deprauatio multo facilius quàm illa poſſit. Nec tamen mendoſiſſimã illã emendationẽ, & verè ψευδόμαντιν μαντίαν in margine annotarunt, ſed ea contextum ipſum polluerunt ac fœdarunt.

In Bacchis, pag. 41, quũ θήρα Ald. codex habeat pro θῆρα à nominatiuo θὴρ, ſignificãte ferã, illa editio augẽsitidẽ errorẽ, vel poti⁹ ex leui errore grauem faciens, pro θήρα repoſuit θήρᾳ, tanquam à nominatiuo θήρα, quod eſt venatio.

Quid quod ne à Cyclope quidem, licet

nobis deſcribatur monſtrum horrendum, ingens, manus editio illa abſtinuit? adeo nõ ſolùm τολμηρὰ, ſed παράτολμος fuit. Locus autem in quo manus ei attulit, eſt pag. 10, vbi legitur, - ἔγωε τοῖς ξένοις τὰ χρήματα Περάντα σ' εἶδον. hîc enim pro ἔγωε reponi debere ἔγωγε (quod valde vicinũ eſt) quum manifeſtiſſimum eſſet, & vel ita emendari deberet hic locus, vel iudicio lectoris relinqui emendatio, Aldinam illam lectionem interim retinendo, ac nullius coniecturæ præiudicium (vt ita dicam) afferendo, contrà certè, illorũ qui hãc editionẽ architectati ſunt θρασυάδεια, emendationem ante pedes poſitam tranſiliens, aliam vt è longinquo petitam, ſic longè ab huius loci ſententia remotam nobis protulit. Quid dico longè remotam? imò verò ei ex diametro repugnantem? nã pro ἔγωε repoſuit ἐγὼ οὐ, vt chorus neget quod affirmare illum ſequentia ſatis oſtendunt. alioqui. n. nequaquã diceretur ψεύδεσθαι. Addam verò & alius loci emendationem, quæ vel ipſi Cyclopi inter graues illos dolores elicere riſum poſſet. Is eſt in calce tragœdiæ. quum enim in vltimis hiſce Cyclopis verbis,

Ἄνω δ' ἐπ' ὄχθον εἶμι, καίπερ ὢν τυφλός,
Δι' ἀμφιτρῆτος τῆσδε προσβαίνων ποδὶ,

negotiũ faceſſeret vocabulum ἀμφιτρῆτος, in ἀμφιτρείτης id mutare editio illa non dubitauit, vt videlicet ſicut naues pontigradæ, ſic & Cyclops pontigradus diceretur. At Brodæo quoque emendatio illa placuit. Placuiſſe ei fateor: ſed ita placuiſſe vt in contextum reponendam eam cenſeret, hoc verò nego. Sed de hac Brodæi emendatione, aliíſque nonnullis, dicã & paulo póſt. Nunc addo, me mirari quomodo tantum negotii exhibuerit illis vox ἀμφιτρῆτος, quũ ſubaudiẽdũ eſſe πέτρας, (cuius ſubſtãtiui ἔλλειψιν quodãmodo ſupplet pronomen demonſtratiuũ τῆσδε) in mentem venire poſſet conſideranti vbi Cyclops eſſet. nihilo autẽ magis nouũ videri deberet ἀμφιτρῆτος πέτρας, quàm ἀμφιβρῶχος πέτρας.

Ne ipſa quidem Helene violentas atque adeo crudeles illorum manus effugit. imò quãuis cecinerit meus Anacreon, Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα, illa autem nõ καλὴ tãtùm, ſed καλῶν καλλίστη fuerit, ſuum illi κάλλος nequaquam fuit Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν, Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων aduerſus eos. nam & ipſa ab illis vulnera paſſa eſt, & quidem atrocia, ac quorũ nomine videri poſſit miſeranda vel hoſti, vt Latinus poeta loquutus eſt. Sed ego nunc ex multis vnicum in apertum proferam,

quod videlicet accepit pag.30. quum enim ibi dicat Theonoe Helenæ,

Ἥκει πόσις σοι Μενέλεως ὅδ' ἐμφανὴς,
Νεῶν στερηθεὶς τοῦ τε σοῦ τημήματος,

deinde ad ipſum Menelaum ſermonem cō uertens, dicat, vt quidem in Aldina editione & illa priore Germanica legitur,

Ὦ τλῆμον, οἴκους διαφυγὼν, ἦλθες πόνους:

vt autem legitur in vetuſtis codicibus, & vt legendum eſt,

Ὦ τλῆμον, οἵους διαφυγὼν ἦλθες πόνους:

illi contrà nec οἴκους nec οἵους agnoſcere voluerunt, ſed ita hunc locum ſcripſerūt, id eſt ita deprauarunt,

Ὦ τλῆμον, οὔστις διαφυγὼν ἦλθες πόνους.

At ſenſum minimè alienum à re de qua agitur, lectio iſta habet. Sit ita ſané. quid? licétne nobis diuinationes noſtras, licétne ſomnia noſtra in veterum ſcriptorum libros intrudere, ſimulatque habēt aliquid eorum argumento conſonum? O miſeros ſcriptores, vel potius ô miſera ſcripta tot excellentium poetarum, oratorum, hiſtoricorum, & aliorum, niſi frænis, niſi catenis furioſa iſta audacia compeſcatur. Quid enim in illis ſaluum & incolume tandem manebit? quid integrum, quid impollutum poſteris noſtris relinquetur, ſi cuilibet quæcunque aſſe

qui non poteſt, ea mutare tranſformaréque pro arbitrio conceditur? Sed de his aliàs plura. Vt autem ad tres illas lectiones redeã, Brodæus οἴκοις retinens, (quum videlicet alia lectio in mentem ei non veniret) hoc excogitauit effugium, vt πόνοις acciperetur pro εἰς τοὺς πόνους. quæ eius licet violenta expoſitio, innoxia tamen eſt, vtpote quæ contextum nobis intactum relinquat. At expoſitio quam editionis illius autores afferunt, videlicet iſta, Haud perfũctus tuis veniſti huc laboribus, hæc inquam expoſitio non ſe ſubmittit textui, ſed ipſum ſibi, contra fas omne, ſubmittens, in eo ex οἴκοις facit οὐ σοῖς. Atqui ſi οἴκοις relinquentes illi annotaſſent in margine ſe non poſſe commodum ex hac lectione ſenſum elicere, non dubium eſt quin plerique poſt demorſos aliquantiſper vngues veram lectionem aſſequuti coniectura fuiſſent: at nunc, quum ea quæ ſuperſũt veræ lectionis veſtigia, prorſus nobis abolent, quis tam OEdipus eſſe poteſt vt eam vlla diuinatione aſſequatur? Verùm ſupereſt vt de tertia lectione dicam, quæ germana genuináque eſt, & de qua dubitare vetera exẽplaria non ſinũt, è quibus deprompta eſt. Ea certè mihi in memoriam hunc noſtri poetæ verſum reuocat, Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς

ἀληθείας ἔφυ. Huius enim lectionis quæ vera eſt, valde ſimplex & expedita eſt expoſitio, præ cæterarum quæ falſæ ſunt & ſuppoſititiæ, expoſitione. Vt omittam, multo etiam maiore cum gratia dici θαυμαστικῶς iſta, οἵους διαφυγὼν ἤλθες πόνους, tollendo videlicet interpũctionem poſt διαφυγών.

Tenes iam, lector, tenes quid me ad harum annotationum editioné præcipuè ſtimularit. ſi enim ego horum aduerſus Euripidem κακουργημάτων conſcius, ea non patefeciſſem, nónne meritò iudicatus fuiſſem συγκακουργεῖν? Quæ tamen non ita dicuntur à me quaſi omnia aut etiam minimam eorum partem patefecerim, (abſit enim vt bonas horas in tam inauſpicato labore conſumã) ſed tanquã prohibituro ſaltẽ paucis hiſce eorum exẽplis nequem inſcium illa editio in fraudem impellat, in qua αὐτὶ τῶν Εὐριπιδείων tã multa ſunt ψευδευριπίδεια. Quòd ſi probi miniméque ingrati diſcipuli eſt iniuriã à præceptore ſuo modis omnibus propulſare, quid de nobis dicendum erit ſi eos qui antiquis ſcriptoribus, non ſolùm noſtris, ſed & præceptorum noſtrorum præceptoribus, tam crudelia vulnera infligunt, impunè abire ſinemus? Sed de his hactenus.

Nũc de Brodæo pauca, vt ſum pollicitus. Huic viro quicunque ſummæ doctrinæ, a-

cerrimíque & ingenii & iudicii laudem denegant, illi certè aut planè indocti, nullóque iudicio præditi, aut impudenter ſunt inuidi. eum enim ſua ſcripta talem fuiſſe clamant, & quidem cum alia, tum ea quæ in haſce tragœdias edidit. Sed vt aliis eius ſcriptis quæ poſt eius obitum in lucem prodierũt, ſic etiã his factam fuiſſe iniuriam dico, vtpote in quibus multa ſint quæ ille tumultuariè (vt fit) ſibi non aliis annotauerat, & quæ vulgari nequaquã paſſur⁹ fuerat. Quædã enim ſũt triuialia, tãtóque viro, atq; adeo aliis eius annotationibus indigna, quæ magis exquiſitã & recõditã quãdã doctrinã præ ſe ferũt. Quædã etiã ſunt de quib⁹ certã ei⁹ animo ſẽtẽtiã nõ ſediſſe (vt ita dicã) ac minimè pronũtiaturũ fuiſſe exiſtimo, ſed ea inter extẽporaneas miniméq; ſtabiles cõiecturas potius relaturũ. Quorum in numero ponẽda cẽſeo quæ de ἀμφίβηπς in ἀμφίβίτης mutãdo paulo antè ex eo retuli. neque.n. loco accuratè expẽſo, ſed potius velut in trãſitu eã emẽdationẽ margini libri ſui adſcripſiſſe arbitror. Sed quoniã ſpero fore vt aliquãdo Euripides è noſtra quoque officina prodeat (ſicut iã AEſchylus & Soph. ex ea prodierũt) vnà cũ ipſius Brod. in eũ annotationibus, de iniuria vtrique illorũ facta plura dicere in præſentia ſuperſedebo.

Digitized by Google

HENRICI STEPHANI

annotationes in poſteriores Euripidis tra- gœdias (id eſt, eas quæ à librariis & typographis poſteriore loco ſunt collocatæ) quibus in annotationibus de multorum locorum emẽdationibus agitur, quorum aliquæ ex coniectura, longè plures ex duobus vetuſtiſſimis exemplaribus petitæ ſunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN RHESVM EVRIPIDIS, annotationes Henrici Stephani, in quibus de quorundam locorum emendationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exéplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ reſpondet, Heruaganæ itém, quæ prodijt anno M. D. XXXVII.

PAGINA II.

V. παῖς δ' Ἀγ.] Reponendũ eſt παῖ, vt ſcribitur in duobus illis vetuſtiſſ. cod. & vt debere ſcribi, manifeſtũ vel cæco eſſe poteſt: & tamẽ nonnulli (de quibus in epiſtola dixi) tanquam ad id quod vicinum & loco accommodatum erat, oculos claudentes, ad aliud remotum & à loco alienũ eos conuerterũt, videlicet ad πεζός: idque adeo, ſcelerata quadã audacia impulſi, in textu ipſo repoſuerunt: ſimul verò copulatiuam particulã immerentem extruſerunt.

V. λαθόντες] Pro φυγεῖν reponendum eſt φυγὴν, (aſſentientibus etiam vet. cod.) non autem φυγῇ, vt quidam putarunt, decepti his verbis quæ leguntur pag. 5, κἂν μὴ αἴρωνται φυγῇ. de quibus mox dicam.

PAGINA III.

V. Ὡς γε] Annotatur πῦρ αἴθειν ex vet. cod. ſed noſtram lectionem defendit hic locus pag. præced. πυραίθει στρατὸς Ἀργόλας, &c. necnon alii in quibus itidem legitur hoc verbum: defendit etiam menſuræ verſus ratio. nam υ in πῦρ produci ſcimus, licet in obliquis corripiatur.

PAGINA IIII.

V. Εἴθ'] Afferuntur hi quatuor verſus à Stobæo

Digitized by Google

λόγῳ ςι, qui περὶ ϛρατηγίας καὶ ἰσχύος inſcribitur. legitur autem apud eum σύμβουλος pro δύσβουλος: & in ſecundi verſus fine ἀνὴρ pro βροτῶν. ſed mihi vtrobiq; lectio noſtra magis placet, δύσβουλος quidem magis quàm συμβουλος. quòd generalius ſit: (licet alioqui σύμβουλον oporteat eſſe δύσβουλον) βροτῶν autem magis quàm ἀνὴρ, quòd habeatur iā ἀνὴρ in proximè præcedente verſu. At verò in quarto multo magis mihi placerent datiui σοὶ & τῷ, quàm accuſatiui σὲ & τὶς, vt eſſet σοὶ μὲν προσκεῖται γέρας, τὸ μάχεσθαι, τοῖς δὲ προσκεῖται. &c. ſed ipſe quoque Stobæus illos accuſatiuos habet. qui vt ferri poſſint, ſubaudienda videtur extrinſecus aliqua particula. Cæterùm (vt hoc obiter dicam) non dubiū eſt quin Euripides in his verſibus ad illos Homericos reſpexerit, Il. ν,

Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι.
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν·
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα Ζεὺς
Ἐσθλόν, τοῦ δέ τε, &c. Quò pertinent & iſti qui habentur Odyſſ. θ,

Οὕτως οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσιν
Ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ,
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι ςέφει, &c. Extant autem & alia aliorū poetarū γνωμικὰ dicta huc pertinētia.

PAGINA V.

V. πέμπειν] Dicunt Græci αἱρεῖσθαι φυγὴν, non φυγῇ: qua dixit forma Sophocles in Aiace, ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι. ideóque vt pag. II vetus codex habet αἱρεῖσθαι φυγὴν, ita hic quoque αἱρῶνται φυγὴν repono.

PAGINA VII.

V. πάσι] Pro ἐπιδέτω quidam ſcribendum cēſent ἐπιδότω, quæ caſtigatio licet ex vetere codice non afferatur, mihi probatur: exponenti tamen non

ſimpliciter Largiatur (vt illi exponunt) ſed Inſuper largiatur. Fuit alioqui tempus quum putarem ἐπιδέτω aliquid cōmune habere cū verbo Viderit, ita ſumpto vt in hoc Naſonis loco, Viderit iſta deus.

PAGINA VIII.

V.λέξον] Pro σφαγὴ ſunt qui reponant στάγη, cuius certè verbi ſignificatio huic loco cōuenit: malo tamen, veteres codices ſequens, reponere στολὴ quum idem vocabulum eadem de re duobus tantùm verſibus interiectis præcedat.

V.μόλοι] Mihi probatur ναυκληρίας quod reponendum quidam cenſent.

PAGINA IX.

V.δεσπότου] Quin mendoſum ſit ἆρα, nemini dubium eſſe poteſt: ſed quomodo emēdari debeat incertum eſt. Nam ἅρμα non conuenit, retinendo cætera verba: ſed nec κάρα ſatis aptum eſſe videtur. nam commodum quidem eſſe hūc ſenſum fateor, Interempto Græcorum duce: & ferri poſſe hanc periphraſin κάρα δεσπότου pro δεσπότην: ſed nimis durum eſſe dico πέρσαντος κάρα: deinde ſi locum huic loquendi generi dandum eſſe cenſeamus, non πέρσαντος ſed πέρσας ſcribendū erit. At ſi κάρα iungatur tantùm cum Ἀχαιῶν, vt per Ἀχαιῶν κάρα intelligamus τὸν πρῶτον τῶν Ἀχαιῶν, tunc verò de illis genitiuis δεσπότου πέρσαντος quid dicemus? Si igitur & mihi in re tam perplexa diuinatione vti poſt alios conceditur, lego πεσόντος & ἅρμα: vt dicatur per appoſitionem ἅρμα δεσπότου Ἀχαιῶν πεσόντος.

V.ἐνὶ δὲ] Sequor vet. codices in quibus ſcriptum ποτέ. Paulo pòſt iidem habent Μενέλαον.

PAGINA XI.

V.ἔφαυσε] Legendum cenſet Brod. ἔφασε, exponens Confregit. at ego huius ſignificationis exemplum deſidero, & pro ea ἔθραυσε potius ſcribendum

Digitized by Google

eſſe dico: veramtamen lectionem exiſtimans eſſe ἔπαυσε.

PAGINA XXV.

V. ὕβειζ] Vetus codex habet ἄβειξ, quod huic loco perappoſitum eſt, quum ab Heſychio exponatur ἐγρηγόρως: pro quo corruptè in vulgatis lexicis ἐγρηγορώς: quum hoc ſit participium, at ἐγρηγόρως aduerbium. Eſt autem ἄβειξ à βείζω, vnde ἔβειξεν infrà, pag. 28.

PAGINA XXVI.

V. ζεύξειν] Non dubium eſt quin legendum ſit μετρῶ, vt ſit πώλοισι χόρτον μετρῶ ἀφθόνῳ χερί, (id eſt equabus pabulum larga manu dimetior) deinde per parentheſin, προσδοκῶν ζεύξειν.

PAGINA XXVII.

V. παίει] Scribendum eſt νέαιραν. Dixit autem νέαιραν γαστέρα Eurip. exemplo Homeri, vt alius quidam poeta νέαιραν σάρκα.

PAGINA XXVIII.

V. εὖ νεῶ] In vet. cod. ὠνόμασται, quod mollius eſt quàm ὠμόμοσται.

V. οὐδ' οἱ] Scribe παθόντες, aſſentientibus etiã vet. codic. Itidem verò cum alibi, tum apud Sophoclẽ error ex horum vocabulorum permutatione.

PAGINA XXIX.

V. τὸ πάμπ.] Reponendum eſt ἴσαν, id eſt norant.

PAGINA XXXIII.

V. ἔσται] Pro αὐτὸν ſcio reponi αὐτῆς: ſed hæc caſtigatio verſum labantem non fulcit: quare veteres codices ſequens lego ἐς ταὐτόν. accipio autem ἐς ταὐτὸν pro in eundem locum in quo videlicet ero. vt ſit ſenſus, Nunquam ad me redibit, nec ego ad illum.

Digitized by Google

IN TROADES EVRIPIDIS, annotationes Hẽrici Stephani, in quibus de quorundam locorum emendationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exẽplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ reſpondet, Heruagianæ item, quæ prodijt anno M. D. XXXVII.

PAGINA IIII.

V. *νεῶ τ' ἐν*] Pro *στέρνοις* vetus codex habet *στέῤῥοῖς*. quam lectionem eſſe germanam nemo, vt opinor, negauerit: quum durũ ſit, fortaſſe autem & violentum, *πεσοῦσα λέκτροισι* pro *ἐν λέκτροισι*, deinde *ἐν στέρνοις* pro In pectus decumbens. At *στέῤῥοῖς λέκτροισι* opponi puto *τοῖς μαλακοῖς*. Niſi quis malit, quibus me affixit *στέῤῥα ἀνάγκη*. (iſto enim epitheto à tragicis poetis donatur illa interdum) ſed longius petita eſſet hæc expoſitio. Cæterùm paulo antè reponẽdum eſt *ὦ* pro *ῷ*.

PAGINA V.

V. *ἄτας*] Ex infinitiuo *κελαδεῖν* faciendum puto (parua cum mutatione) imperatiuum *κελάδει*. Nec tamen infinitiuum pro imperatiuo nonnunquam poni ignoro: ſed hanc enallagen locum hìc vix habere puto. Poſſit autem fortaſſe & *κελαδεῖ* non incommodè legi. In præcedente autem verſu lego *δὲ κ' αὐτή*: alioqui retinendo *χ*, eſſet ſcribendum *αὕτη*, quod non placet.

V. *παιδείαν*] Scribendum eſt *ἐξηρτήσατε*, vel potius *ἐξηρτύσατε*: vt dixit Thucydides, *ἐξηρτύετο ναυτικὰ ἡ Ἑλλάς*. Nam & hìc *Αἰγύπτου παιδείαν* vocat artem

naualem.

V. ὤμοι] Repone θάσσω, pro quo dicitur & θαάσσω. At θάσω Doricum eſſet pro θήσω.

PAGINA VI.

V. διὰ γᾶς] Poſt οἰκτίζῃ deſunt duo verba, vt oſtendit vet. codex, videlicet ἄϊον οἴκτοις, quæ per ſe efficere verſum puto. Sine his autem imperfectam manere ſententiã nemo nõ videt. Cui malo mederi volens Brod. ſubaudiendũ dixit ὁρᾷς, aut ἔχῃς cum τίς: quæ tamen alioqui minimè conuenire videntur.

PAGINA VII.

V. ἢ ναός.] Pro ἥξει legẽdum eſſe ἄξει manifeſtum eſt: ſed & vet. codex huic caſtigationi aſtipulatur.

V. νεκύων] Pro his quæ ſequuntur mutila & mendoſa,

Νεκύων ἀμενηνὰ παρὰ προθύροις.
Ἢ παίδων θρέπτειρας
Ἀρχαγοὺς εἶχον τιμάς,

habet vetus exemplar iſta, quæ integra ſunt,

Νεκύων ἀμενηνὸν ἄγαλμα,
Ἢ τὰν παρὰ προθύροις
Φυλακὰν κατέχουσα,
Ἢ παίδων θρέπτειρ',
Ἃ Τροίας ἀρχαγοὺς εἶχον τιμάς.

Quam germanã eſſe lectionem nemo (vt opinor) inficiari aut auſit, aut velit. Miror verò quoſdam ſagaces alioqui viros tãtã deprauationẽ nõ ſubodoratos ſaltẽ eſſe. Sed afferã quã ex mẽdoſo textu elici poſſe ſentẽtiã exiſtimarunt, cui eã ſubiungã quæ ex emendato eruitur.

[Apud quem aut vbi ego vetula ſeruitutem ſeruiam]

Mortis veſtibulo propinqua,
Quæ gignendis & nutriendis liberis
Quondam palmam tuli?

At hic veræ lectionis verus ac genuinus eſt ſẽſus,

Digitized by Google

[Apud quem aut vbi ego vetula ſeruitutem ſeruiam]

Mortuorum euanidum ſimulacrum,
Aut veſtibuli
Cuſtodiã demandatã habens, (.i. aut ianitrix)
Aut puerorum educatrix,
Ego quæ Troiæ regios obtinebam honores?

Cæterùm pro eo quod hîc dicit Hecuba, Ἢ τὰν παρὰ προθύροις φυλακὰν κατέχουσα, dicet infrà (videlicet p. 17, vbi eandem querimoniã repetit) — ἢ θυρῶν λάτριν Κλῇδας φυλάσσειν. Atq; vt ibidẽ ſubiũgitur, ἢ σιτοποιεῖν, ita eius filia Polyxena dicit in Hecuba, ea enumerãs vilia miniſteria quibus ſibi fungendũ erit apud eũ dominũ à quo empta fuerit, Προσθεὶς δ᾽ ἀνάγκην σιτοποιὸν ἐν δόμοις. Atq; vt Hecuba ibi exaggerãs ſuæ ſeruitutis indignitatẽ, dicit hîc quidẽ (ſequẽdo vetera exemplaria) ἁ Τροίας ἀρχαγοὺς εἶχον τιμὰς, infrà autẽ τὴν τεκοῦσαν Ἕκτορα, ſic in Hecuba dicit Polyxena, Τὴν Ἕκτορός τε χἀτέρων πολλῶν κάσιν.

PAGINA VIII.

V. ὄλβον] Repone ὄλβῳ, aſſentientibus etiam vet. codicibus.

V. Ἰονίῳ] Pro ναῦται apertè deprauato nõ legẽdum eſt ναῦσαι, vt quidam annot. ſed ναίεσθαι, ex veterum exempl. fide. Et paulo pòſt Κρᾶθις.

V. κήρυξ] Mutilus eſt hic quoque locus, quẽ ex iiſdem libris integritati ſuæ reſtituam. Pro his igitur,

Κήρυξ νεοχμῶν μύθων ταμίας,
Ἐξανύων.
Δοῦλαι γὰρ δὴ
Χθονὸς ἤδη.

ibi leguntur iſta,

Κήρυξ νεοχμῶν μύθων ταμίας
Στείχει ταχύπουν ἴχνος
Ἐξανύων. τί φέρει, τί λέγει;

Δοῦλαι γὰρ δὴ Δωρίδος ἐσμὲν

Χθονὸς ἤδη. Vt autem de alterius loci deprauatione atque adeo mutilatione nihil ſuſpicati ſunt expoſitores, ita de huius quoque nihil. Inter quos Brodæus vir alioqui & ſumma doctrina & ſummo ingenio, ad violentam ſubauditionem confugit, poſt *χθονὸς ἤδη* ſubaudiendum ex ſequentibus eſſe tradens *μέλλομεν ἐξάγεσθαι.*

PAGINA IX.

V. *ὑ δὲ νεοχμ.*] Repone *ἐπ' ἐμέθεν.*

PAGINA X.

V. *ἐγὼ δὲ*] Pro *ἀ ποιποβάμονος* annotatur ex vet. codice *ἀπρειποβάμονος*. At Brodæus ſuſpicabatur legendum *ἀποικοβάμονος*, exponens Domo abeunte. id eſt (inquit) Errabundo vagóque baculo indigens, mulier cano capite. At ego non dubito quin melior ſit, atque adeo vera lectio quæ ex vet. libris affertur: ſed *υ* pro *ι* repono, vt ſit *ἀπρυποβάμονος*: & intelligamus baculum qui incedendo non fatigatur. perinde ac ſi diceret, Cui ſeruiendo, miſera, ſenile iſtud corpus diſcurſationibus fatigabo, baculo innitens qui nullam ipſe quidem fatigationem ſentiet.

V. *ἄφιλα*] Non dubium eſt quin *ἄφιλα* legi debeat, præſertim quũ & vet. codices aſſentiãtur. Sed hunc locum ſecus expono quàm Brodæus. is enim ita explicat, Quæ verò paulo antè aut neglexerit, aut etiam oderit, omnibus illico anteponit, charáque in primis habet. & addit *φίλα πάντων* eſſe pro *φίλτατα πάντων*, & *τὰ πρόσθεν* pro *τὸ πρότερον*. Ego autem nimis durum eſſe cenſeo *φίλα πάντων* pro *φίλτατα πάντων*, nec *τὰ πρόσθεν* accipio aduerbialiter pro *τὸ πρότερον*, ſed *τὰ φίλα* dictum puto pro *τὰς φιλίας*, hoc ſenſu, *τὰς προτέρας φιλίας πάντων τιθέμενος ἀφίλους*. vt dicat Hecuba Vlyſſem eſſe eum qui nullam priorũ amicitiarum rationem habeat, ſed erga eos qui

amici fuerint tanquam erga inimicos ſe gerat. Pro hac autem mea expoſitione facere videtur is tragœdiæ Hecubæ locus, in quo eadem eidem beneficii immemorem animum exprobrat.

V. καὶ τοῖσιν] In vet. habetur ἄγω, quod multo aptius eſt quàm λέγω. nam & prius eſt ἀγαγὼν quàm εἰς χεῖρα δούς. adeo vt perinde ſit acſi diceret, ἵνα ἀγαγὼν αὐτὴν καὶ δοὺς εἰς χεῖρα τῷ στρατηλάτῃ, εἶτα καὶ τοῖς ἄλλοις ἄγω πᾶς &c.

PAGINA XI.

V. διδοῦσ'] In vet. legitur φάος: ſed cum φάους putatur ſubaudiendum ἕνεκα.

PAGINA XII.

V. ἐσωφρ.] Manifeſtum eſt eſſe ſcribendum hîc σεσωφρονίκασιν (à σωφρονίζω) vt in vet. Sed nec de εἰσφέρεται mutando in εἰσφέρετε, dubitare quiſquam poteſt.

PAGINA XIII.

V. ἢ τοὺς Ἀχ.] Si credimus vet. codicib⁹, deeſt verſus inter Ἀχαιοὺς & σπήσομαι. nam quũ typographicæ omnes editiones habeant,

Ἢ τοὺς Ἀχαιοὺς σπήσομαι βακχευμάτων,

in eo legitur,

Ἢ τοὺς Ἀχαιοὺς ἔνθεος μὲν, ἀλλ' ὅμως
Τοσόνδε γ' ἔξω σπήσομαι βακχευμάτων. quam lectionẽ planè ſequendam eſſe cenſeo: ſed pro τὸ σὸν δέ γ' ſcribo τοσόνδε γ'. vt ſit ſenſus, Quanuis alioqui ſim diuino furore correpta, hoc ſaltem facto extra bacchationem ero. Id eſt, Hoc ſaltem à me fiet, non tanquam bacchante, ſed tanquam mentis compote. Non abs re autẽ hæc interiicit, (nã hæc per parentheſin poni exiſtimo) quum videamus pag. ſequente idipſum à Talthybio illi obiici, Εἰ μή σ' Ἀπόλλων ἐξεβάκχευσε φρένας. Cæterùm in iiſdem codic. verſus ſequens pro πόλιν habet κόπριν.

Digitized by Google

Quum iam excuſa foret altera facies huius folii, omiſſas in ea eſſe aliquot annotationes deprehendi, quas calci ceterarum quæ in eandem iſtam ſunt tragœdiam, adieci.

PAGINA XVI.

V. οὐ Τρῳάς] Rectius legetur οἷς, vt in vet. Accipietur autem οἷς pro οἵοις. vt ſit οἵοις οὐ Τρῳάς &c. ſiquidem particula οὐδὲ poſita cum Ἑλλήνις, itémque cum βάρβαρος, vim ſuam negatiuam cum Τρῳάς etiam communicat.

V. πόλιν θαν.] Repone πόλιν θ' ἁλοῦσαν. quis enim vnquã θανεῖν πόλιν dixit? licet alioqui per πόλις ſæpe ſignificētur πολῖται. Sed in verſu præcedente interpunge poſt πυρᾷ, non poſt κατασταγέντ'.

PAGINA XVII.

V. ἃ δ' ἐστὶ] Miror de hoc verſu tacuiſſe expoſitores, id eſt de eius lectione. nam quomodo ſenili ætati commodiſſima eſſe poſſint ea quæ recenſentur miniſteria? Itaque cum vet. cod. pro τῷδε συμφορώτατα lege τῷδ' ἀσυμφορώτατα. Non ignoro tamē ad ironiam poſſe confugi: ſed non ſatis conuenit Hecubæ hoc in loco ironica oratio. vt omittam, ſæpe particulã aliquã orationi huiuſmodi adhiberi.

V. τρυχηρὰ] Opus eſſe accuſatiuo εἱμδύλω, non nominatiuo εἱμδύη, apertius eſt q̃ vt probatione indigeat. Sed pro ψυχηλὸν Brod. mauult ψυχηρὸν, quod tamen ex vet. cod. non annotatur.

V. ὦ τέκνον] Pro σὺ βάκχε veteres codices habent σύμβακχε: quod mihi valde probatur: vt Hecuba præ mœrore iam & angore non ſat compotem mē tis ſe ſentiens, bacchationis ſociam vocet Caſſandram. Latè enim patet bacchandi ſignificatio. vnde apud Virg. non bacchatur ſolùm Sibylla, ſed & Dido, Sæuit inops animi, totámque incéſa per vrbem Bacchatur. Quod autem dico Præ mœrore

Digitized by Google

non ſat compotem mentis, conſentaneum eſt his verſibus qui habentur pag.22, Ὁ δ' ἀτυχήσας εἰς τὸ δυστυχὲς πεσὼν Ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας. Cui ſimile eſt apud quendam comicum, — οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔχουσιν αἱ τύχαι φρένας. Necnon hoc apud Sophoclem, — οὐδ' ὃς ἂν βλαστῇ μένει Νοῦς τοῖς κακῶς πράττουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται. Item hoc, Ἀλλ' οἱ κακῶς πράσσοντες, οὐ κωφοὶ μόνον, Ἀλλ' οὐδ' ὁρῶντες εἰσορῶσι τἀμφανῆ. Et apud Naſonem, Crede mihi, miſeros ſolertia prima relinquit, Et ſenſus cum re conſiliúmque fugit.

PAGINA XVIII.

V. σι λαΐνοισι] In vet.cod.non λαΐνοισι, ſed λίνοισι ſcriptum eſt: quam veram eſſe ſcripturam perſuaſum habeo, & λαΐνοισι ex vicinia huc commigraſſe. nam λάϊνα ſequitur ſtatim póſt. Sed & ναὸς ibi, non νεὼς, legitur. hoc priorem breuem, illud longam habet. vt pag.23, Αὕτη μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος. Itidē paulo póſt.

PAGINA XX.

V. ὁ δὲ] Rectè iudicauit Brodæus præfigēdā eſſe huic verſui perſonā chori, & ſcribendū οὐδὲ pro ὁ δέ.

PAGINA XXI.

V. δάκρυά τ'] Repone καταλείπεται, cū vet. exēpl. loquitur enim de futuro luctu, vltra eū qui iam eſt.

PAGINA XXII.

V. οἴκοθεν] Ex vet.codice annotatur ἐξήσκουν: ſed non lubenter reiecerim ἐξήρκουν. In præcedente autem verſu manifeſtum eſt legendum eſſe οὐκ εἰσεφρούμην.

PAGINA XXIII.

V. γραφῇ] Leuis error non deprehenſus coegit Brodæum datiuo γραφῇ alienam interpretationem dare: nam γραφῇ διδοῦσα exponit Id lectioni acceptū ferens. quum legi debeat γραφῇ δ' ἰδοῦσα. vt ſit, Cōſpicata in pictura, id eſt in tabula picta. Paulo

pòſt autem reponendum eſſe αἴτλοι euidentiſſimum eſt.

PAGINA XXIIII.

V.ἐξ οὗ]Reponēdum eſſe ἐκ σοῦ (vt habet vetus) apertum eſſe videtur.nā ἐξ οὗ pro ἐξ αὐτοῦ ſiue ἐκ τούτου exemplo carere puto.

PAGINA XXV.

V.οὐχ ὡς]Scribendum eſſe σφαγεῖον ipſa etiā verſus menſura probat.

PAGINA XXVI.

V.νῶϊ]Vt ſuprà,pag.22, ita & hîc εἰ in locum negatiuæ particulæ οὐ irrepſit.Scio tamen eſſe qui retinentes εἰ,interpretentur,Si vnquam aliàs:ſed viderint quomodo hāc aduerbii αὖθις interpretationem tueri poſſint.

PAGINA XXVII.

V.τᾶς ἐπικ.] Scribendum eſt ἐπικεκλιμένας.

PAGINA XXVIII.

V.κανόνων]Particulam δὲ habēt vet.codices poſt κανόνων, non autem poſt πυρὸς in ſequente verſu. quæ lectio multo melior eſſe videtur,vt ſit hic verborum ordo in exponendo hoc loco, καθελὼν δὲ τυκίσματα κανόνων Φοίβου,πνοᾷ φοίνικι πυρὸς,ἐπόρθησε χθόνα Τροίας.

V.ἠϊόνες]Non dubito quin ἴαχον ſcripſerit Euripides,vt habēt vet.exempl. At Brodæus ἴσχον exponit Continēt, Eiulantium clamoribus complētur. Idem pro οἰωνὸς reponendum cenſet γόνος, addens, Vt pro parentibus lamententur nepotes. Ego contrà ἴσχον in ἴαχον muto,at οἰωνὸς retineo, ſed pro τεκέων ſcribo πτεκέων:vt ſit hic ſenſus,Litora reſonāt[eiulatibus.] Nam vt auis pro pullis ſuis querulè ſtrepit,ſic querulos & lugubres edunt ſonos aliæ de maritis, aliæ de liberis , aliæ de matribus vetulis. (nec enim dubium eſt quin γεραιὰς non γεραιᾶς legi

Digitized by Google

debeat)vt comparatio non exprimat clamoris magnitudinem: ſed perinde eſſe intelligamus acſi diceret, Vt miſera auicula pullis ſuis iniuriam fieri videns, querulum ſtridorem edit, nihil auxilii eis afferre valēs, ita hæ aliud nō poſſunt q̄ eiulatu animi ſui angorem teſtari. Exemplum autem auis acerbum ſuorum pullorum caſum gemitu proſequentis habemus apud Hom.Il.lib.β,

Μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα,
Τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν.

Sed ſiue hæc mea expoſitio recipienda ſit, ſiue alia quæri debeat, non poſſum non damnare audaciam eorum typographorum, qui lectioni illi ἠϊόνος ſola coniectura nitenti, in contextu ipſo locū dederunt.

PAGINA XXIX.

V.ἀμέρας] In vet.ſcriptum eſt φίλιον: ſed duriuſculum videri poſſit propter ὀλοὸν ſequens in proximo verſu.

PAGINA XXX.

V.οὐκ εἰς] Repone κτενῶν. Mirum eſt autem, quum exponatur & à cæteris hic locus per futurum, alteram tamen lectionem relinqui.

PAGINA XXXIII.

V.Παλλάς] Pro Ἀθηνᾶς ſcribe Ἀθηνᾶς, ex vet.etiā codicum autoritate.

PAGINA XXXV.

V.τὸ θῆλυ] Ne claudicet verſus, legi poſſe καὶ πρὸς τὸ θῆλυ &c.exiſtimat Brodæus: hoc ſenſu, Vt etiam aduerſus mulieres fortiter te geſſiſſe, hoſtes intelligant. At ego aliud quiddam ad explēdum verſum deeſſe ſuſpicor, (præſertim quum frigeat, meo quidem iudicio, dictum iſtud, Vt etiam aduerſus mulieres &c.) & τὸ θῆλυ cum præcedentibus iunctum fuiſſe. nam qui κάρφελοῦ πρὸς Ἑλλάδος reddunt, Et pe

ſtem tolle è Græcia, primùm ſubſtantiuum nomẽ de ſuo addũt, deinde περὶ Ἑλλάδος ſuo modo interpretantur. Quòd ſi & meæ coniecturæ locus hîc ſupereſt, crediderim potius reponi debere τὸ θῆλυ τοῦτο: hoc ſenſu, Ac mollitiem iſtam animi (per ipſam te Græciã oro) depone, audẽdo facinus quo tuis etiã hoſtibus generoſitatem tuam teſtatam reddas. Intelligit autem mollitiem quam præ ſe ferebat, vel à qua timendum erat dum præberet aures verbis Helenæ quibus ſe purgare conabatur. Sed illud ἐχθροῖς φανεὶς ſimplicius etiã exponi poteſt, hoc ſenſu, Sed tu qui ipſis etiam hoſtibus compertus es generoſus & magnanimus, hanc animi depone mollitiem, vel hunc muliebrẽ animũ (vt ex Ennio vim Græcæ vocis exprimã.) Perinde acſi diceret, Caue ne nunc erga mulierẽ mollis ſis, & planè muliebri quodam animo prædit⁹ (ideo autẽ hoc dicit quòd virilis prius eius animus precibus ac lacrymulis fœminæ molleſcere ac frãgi etiã videatur.) Vt autẽ hîc περὶ Ἑλλάδος, ita paulo pòſt περὶ ἐκείνων καὶ τέκνων. Sed hîc additur verbum quod ibi ſubaudiendũ relinquitur, aut aliud huiuſmodi.

PAGINA XXXVI.

V. ζαθέαν] In vet. codice θεράπναν. quam syncopen in hoc vocabulo alii etiam autorum loci habent: & Heſychius quoque θεράπνη exponit θεραπαινὶς & δούλη.

PAGINA XXXVII.

V. ὦ φίλος] Non eſt præfigenda his verbis perſona Hecubæ, quum ea quoque loquatur chorus.

V. ἄϊστον] Scribe ἄϊστον, quod referetur ad ἐμέ: & eũ habebit vſum quem Odyſſeæ α, quum dicitur Οἴχετ' ἄϊστος, ἄπυστος.

V. ἔνθ' ἀκ.] Sequor veterem cod. ſcribẽtẽ εἴθ'. i. Vtinam. nam alioqui etiã ſubaudire eã cogeremur.

PAG.

PAGINA XL.

V. τύχη] Repone πίχη. cuius emendationis admonuit & Brodæus. Paulo pòſt autem pro ἄθροις ſcribendum eſſe ἀρθροις, & ibidem ὀκβαλὸν pro ὀκβαλών, manifeſtius eſt fortaſſe quàm vt annotare debeam.

PAGINA XLII.

V. μάτην] Magnus latet in hoc verſu error, (ab expoſitoribus tamen nō deprehenſus) quū eam quam habemus lectionem ſequēdo, neget Hecuba quod affirmare debet, vt conſentanea loquatur. Affirmabit autem id, ſi legas εἰ δὲ μὴ θεός, &c. & ἄνωθεν, vt in vet. Cuius lectionis ſenſum explicabo, ſi prius quis ex altera eliciatur in vulgata expoſitione, oſtendero. Ita igitur illa, Si verò nos Deus ſubuertiſſet, demittens ſub terram, obſcuri non celebraremur à muſis, &c. At legendo εἰ δὲ μὴ & ἄνωθεν, commodè hæc de ipſa Troia dicentur, (ſic tamen vt de Hecuba quoque intelligi poſſint) & ſenſus erit, Niſi verò deus ita vertiſſet [illam, videlicet Troiam,] vt quæ ſumma in ea erant, ima eſſent, nequaquam celebrati fuiſſemus, ſed obſcuri latuiſſemus. Vel breuius, Niſi Troiam deus ex imo vertiſſet, celebrati non fuiſſ. &c. Imitor autem in illo loquendi genere Virgilium, quippe qui dixerit, — ex imo verti Neptunia Troia. vbi tamen non itidem pro στρέφεσθαι, ſed potius pro cōpoſito καταστρέφεσθαι accipi nō ignoro. Ac fortaſſe vt ibi Verti pro Euerti, ſic in iſto Euripidis loco ἔστρεψ' pro κατέστρεψ' accipi poteſt. Cæterùm huc pertinet iſte Naſonis verſus, Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet? Sed totū locum afferā, vt quorſum id ab eo dicatur intelligi poſſit. is eſt libro 4 De triſt. elegia 3,

Materiámque tuis triſtem virtutibus imple.
Ardua per præceps gloria vadit iter.

Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?
Publica virtutis per mala facta via eſt.
Ars tua Tiphy iacet, ſi non ſit in æquore fluctus:
Si valeant homines, ars tua Phœbe iacet.
Quæ latet inque bonis ceſſat non cognita rebus;
Apparet virtus arguitúrque malis.

PAGINA XLIIII.

V. καὶ χερσὶ] Pro κρύπτουσα (quod nullum omnino locum habere hîc poteſt) putarunt quidam reponēdum ῥίπτουσα pro In caput proiiciens: afferentes etiam ex Homero Il. σ, Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν Χεύατο κακκεφαλῆς. Sed durum eſſet ῥίπτουσα ſine adiectione, in eo ſignificatū: quare ſequendum puto eū vet. codicē in quo γλύπτουσα habetur. Erit autem γλύπτουσα idem quod γλύφουσα, ſcalpens. quo Horatius eadem in re vſus eſt, Serm. lib. 1, ſat. 8, — ſcalpere terram Vnguibus.

V. μέγας] Duo ſunt in hoc verſiculo menda, videlicet in δὴ & in κατακαλύψει. Ac pro δὴ quidem reponendum eſſe σ' manifeſtum eſt: pro futuro autē κατακαλύψει reponi debere aoriſtum κατεκάλυψε, nec hoc obſcurum eſt. Neque enim Hecuba luget mortem impēdētem Priamo, ſed qua iam occubuerat. Illud autem pronomen σε, ſequente ἵκετο, tale eſt quale apud Homerum, — ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. item, — τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος; item, Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας. item, ἐπεί μιν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανεν. Tale etiam, — ἄλγος τέ μιν ἵκετο θυμόν. necnon, — Τρῶας δ' ἄχος ἔλλαβε θυμόν. præterea, — τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα. Tale denique & illud, — κρατερὸν ῥά ἑ πένθος Ὀφθαλμοὺς ἐκάλυψε. Sed & Iliad. lib. 1 huius conſtructionis qua totum & pars in eodem caſu ponuntur, exemplum extat, — περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε Φύλλά τε καὶ φλοιόν. Ac nequis puteт illi ſoli poetarum generi conceſſam eſſe hanc

conſtructionis καινοπρεπεστέραν, afferam eius & ex Sophocle exemplum. Extant igitur apud eum in Aiace (pag.61 & 62 meæ editionis) verſus iſti, Ὧν οὕνεκ' αὐτὸν οὔτις ἐς' ἀνὴρ σθένων Τοσοῦτον ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ. Sed quorſum tot exempla? dicet aliquis. Nimirum vt quo vſitatiorem ac proinde notiorem conſtructionem hanc eſſe oſtendero, eo maiorem ignorantiam eſſe oſtendam illorum qui pro hoc σ' non σ' iſtud repoſuerunt, ſed δι'. vt ſit δι' ὅσσε, & dicatur δι' ὅσσε καταπκαλύψει, nouo planè loquendi genere, id eſt nouam quandam barbariem habente. Nec verò mendoſa hæc emendatio margini duntaxat adſcripta fuit, (quod modeſtioris cuiuſdam ignorantiæ eſſet) ſed eiecta illa lectione Aldini exemplaris, deprauata quidem & illa, ſeruante tamen manifeſta veræ lectionis veſtigia, & tali quæ nemini imponere poſſet: (quis enim non ſtatim, mendoſè poſitam hîc eſſe illam particulam & planè ab hoc loco abhorrere non animaduertat?) in eius locum repoſuerunt quæ periculoſius mendoſa eſſet, id eſt, cuius mendum à plerisque lectoribus, qui non magnos in hac lingua progreſſus feciſſent, deprehendi nequaquam poſſet. Tale ſcelus (quidni enim ſcelus hoc appellem?) in Rheſo commiſſum prima mea in illam tragœdiam annotatio patefecit. Cæterùm in verſu qui hunc proximè præcedit, malè iunguntur genitiui ἄπας ἐμᾶς cũ ἄφιλος, qui iungi debẽt cum ἄϊσος: quare interpunctio quæ eſt poſt ἄπας ἐμᾶς, poſt ἄφιλος poni debet.

Hæc omiſſa fuerunt ſuprà, quæ annotaram in finem paginæ XIII & in paginam XIIII.

V.ἄκικυν] Verbo ἐπῆσαν nullus ſenſus ἔνεστιν, hoc quidem loco: quare aſſentiendum veteri codici ſcribenti ἀπῆσαν, quod illi contrarium eſt. Sed interpunctio quoque in locum ſuum reponenda eſt, videlicet poſt ἄκικυν, non poſt Ἀχαιοῖς. eſt enim hic verborum ordo, ὧν ἡδοναὶ ἀπῆσαν Ἀχαιοῖς: & ὧν refert δάμαρτες καὶ τέκνων. id eſt, Quum contrà Græcis nulla oblectamenta eſſent ex vxorum & liberorum conſuetudine.

PAGINA XIIII.

V.ἄγχιν] In vet.non φέρεσθαι ſcriptum eſt, ſed ἕπεσθαι. quod ſequor,(vt ſit infinitiuus pro imperatiuo) nec dubito quin alii mecum ſequuturi ſint. ſed interpungendum eſt poſt ἄγχιν, non poſt τέκος. At Brodæus ἄγχιν φέρεσθαι coniungens, & interpretans, Suo arbitrio trahere atque abducere, miror quod remedium inueniri poſſe exiſtimarit pendenti orationi.

PAGINA XV.

V.τοῦ δὴ] Sunt qui pro πέρας reponendum cenſuerint πέρας: at vet.codex habet πέτρας, quod multo etiam aptius eſt.

V.Δεινὴ] Hæc vox ὠμοβροτοορειβάτης apertè mendoſa eſt, licet hoc taceant expoſitores: at ex vet.exemplaribus duæ lectiones pro hac annotãtur, quarum vna eaſdem literas habet,(vnicam dũtaxat addens) ſed vnam vocem in duas ſeparat: nam pro ὠμοβροτοορειβάτης dat nobis ὠμοβόρος τ᾽ ὀρειβάτης: altera duas primas ſyllabas tantùm ſimiles habet, alioqui non valde diuerſam ſignificationem in priore voce afferens: nam pro ὠμοβόρος nobis exhibet ὠμόφρων: ſed ἐπιστάτης pro ὀρειβάτης. Erit autem ὠμόφρων τ᾽ ἐπιστάτης, & crudelis dominus: at ὠμοβόρος τ᾽ ὀρειβάτης, & incola montium crudiuorus. Ad verbum, Et crudiuc-

rus montigradus, id eſt per montes gradiens: (ea forma qua potigradam nauem dixit quidam olim per pontum gradientem) Sed legendo ὠμοβόρος τ' anapæſtus erit in quarta ſede.

V. Κύκλωψ.] Repone ex eodem exemplari μορφώτεια. nam verbum μορφόω format verbalia μορφωτὴς & fœm. μορφώτεια, non μορφατὴς & μορφάτεια.

Digitized by Google

IN BACCHAS EVRIPIDIS, annotationes Hérici Stephani, in quibus de quorundam locorum emendationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exéplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ reſpondet, Heruagianæ item, quæ prodijt anno M. D. XXXVII.

PAGINA VII.

V. θύρσον] Pro μέλος vet. codices habẽt βέλος. quam lectionem libenter amplector, vt videlicet thyrſum appellet βέλος, quòd βέλους vſum præbuerit aliquando, vt infrà videbimus, videlicet pag. 26, Τοῖς μὲν οὖν οὐχ ἥμασσε λογχωτὸν βέλος, Κεῖναι δὲ θύρσους ἐξανιεῖσαι χερῶν Ἐτραυμάτιζον. perinde acſi diceret, Harum κίσσινον βέλος efficiebat quod efficere non poterat illorum βέλος λογχωτόν. (Lego autem hîc τοῖς vel τῶν, & λογχωτὸν, non λογχατόν. de quibus emendationibus dicam ſuo loco) Sic & apud Ouidium Metamorph. 3, Prima ſuum miſſo violauit Pẽthea thyrſo Mater. (Quum alioqui arma thyrſis in ſe (vt ita dicam) conſideratis opponat, eodem libro, — quos arma tenere, Non thyrſos, galeáque tegi, non fronde, decebat) At Brod. vet. cod. ope deſtitutus, nec de alia lectione quàm illa cogitans, videlicet μέλος, ad hanc expoſitionem confugit, vt Euripides κίσσινον μέλος vocarit thyrſum ex hedera compoſitum: quòd ambulantes eo inniterentur, tanquam membro, id eſt pedi. ſubiunxitque hunc eiuſdem poetæ verſum qui habetur infrà, — ἀλλ' ἕπου μοι κισσίνου βάκχου μέτα.

PAGINA II.

V. Ζῆν' ἐξεκ.] Pro ἐξεκαυχώμεθ' habent vet. cod. ἐξεκαυχῶνθ'. quã lectionem & ſenſus & menſura verſus flagitant. Non enim cõſentaneum eſt vt dicat, Nos iactabamus Iouem dediſſe eam morti huius rei cauſa: ſed, Illi iactabant: de quibus videlicet iam dictum fuit ἔφασκον. At Brodæo placet ἐξεκαυχώμεθα in tertia perſona exponi: quod qui fieri queat, aut quo exemplo, vix mirari ſatis poſſum. Et vt id alioqui facere liceret, verſus menſura repugnaret, quippe qui vna ſyllaba abundaret.

V. ποιεῖν] Pro νιν reponendum cenſeo νυν, non pro Nunc, ſed quod paſſim apud tragicos, ac Sophoclẽ præſertim, pro δὴ accipitur, aut etiam παραπληρωματικὸν eſt. Sed & in hac ipſa trag. pag. 44 talis eſt huius particulæ vſus in δεῖξόν νυν.

PAGINA III.

V. Ἀλλ' ὦ] A Strabone lib. 10 affertur hic verſus cum pleriſque eorum qui ſequuntur. ſed in vulg. edit. mendoſiſſimè ſcripti ſunt, omiſſique in medio multi, ſine quibus alioqui imperfecta & veluti mutila relinquitur ſententia. Ego tamen inde aliqua proferam, adiutus etiam veteris cuiuſdam exemplaris ope. Primùm igitur in hoc verſu pro Ἀλλ' ὦ λιποῦσαι, habent typographicæ editiones Ἀλλ ὦ ἀπλοῦσαι: ex illo autem exemplari annotatur ἄλλω ἀποῦσαι. vtrique verò harum lectionum præferendam eſſe illam noſtram, vt emendatam mendoſis, nulli non manifeſtum fore exiſtimo.

V. ὦ μάκαρ] At hîc contrà lectionem vet. cod. Strabonis videlicet ὦ δαίμονα, noſtræ antepono.

PAGINA V.

V. ἀφ] Reponẽdũ eſſe ἀφ' ἱσῶν negare nem[illegible]

V. διογ.] Ex eodẽ illo vet. codice Strab. a[illegible]

ἔνθ' αὐλοί, deinde, ἔνθα κορύβαντες αἴθουσι. In [illegible]

i.

edit.eſt ἴτανλοι, (vt hîc) deinde ἔνθα πελκόρυθες αἴθ' οἷς.

V. χέρα] Quantumuis alioqui mendoſæ Strabonis editiones typographicæ, & quidem in iſtis verſibus vel maximè, (vti dixi) longè meliorē (meo quidem iudicio) lectionem habent hoc in loco. nam pro κτύπον ἔντ' ἄσμασι βακχᾶν, ibi legitur καλλίκτυπον θ' ἄσμα βακχᾶν.

V. ματέρος] ex eodē illo vet. exēpl. Strab. annotatur ἐξαύσαντο: at in vulg. edit. eſt ἐξανύσαντο, non ſine manifeſto errore.

V. Σωῦψαι] Ibidem legitur προσῆψαι: ſed noſtrū σωῦψαι mihi nequaquam diſplicet.

PAGINA VII.

V. Διόνυσον] Poſcit omnino verſus menſura vt ſcribatur πέφηνεν.

V. θύρσω] In vet. cod. Tireſiæ perſona annotatur poſt γλῶ (vt videlicet is ſit à quo dicantur iſta, ἐπιλελήσμεθ' ἡδέων Γέροντες ὄντες.) at poſt ὄντες perſona Cadmi, vt hæc eius ſint verba, ταῦτά μοι, &c. cum toto verſu q proximè ſequitur. Ac certè vtricūq; tribuātur illa verba, præcedētē verſū claudētia, eidē & hūc verſum tribui debere cēſeo: quod ſecus in vulg. editionib⁹ factū eſſe videmus. Quòd ſi illa ἐπιλελήσμεθ' ἡδέων continuarentur (vt ita loquar) ſub eadem perſona, Cadmi videlicet, neceſſe foret iſta dici à Tireſia, ταῦτά μοι &c. deinde Οὐκοῦν ὄχ. &c. à Cadmo: Ἀλλ' οὐχ. &c. à Tireſia: Γέρων γέροντα &c. à Cadmo. & ſic deinceps: ſed tum non eſſent accommodata perſonis verba: vt vel in hoc verſu videre poſſumus, Γέρων γέροντα &c. præpoſterè enim induceretur ita loquens Cadmus. Deinde tandē ad hoc alioqui abſurdū deueniēdum eſſet, vt ab ipſomet Tireſia proferretur & hic verſus, Ἐπὶ σὺ φέγγος Τειρεσία τόδ' οὐχ ὁρᾷς.

PAGINA VIII.

V. Πενθεύς] Pro σπονδῆς reponi debere σπουδῆς,

manifeſtum eſt.

V. κλύω] Miror cur jubeat nos Brodæus particulam δὲ expungere poſt κλύω, quum & menſuræ verſus minimè ſit incõmoda, (nam δὲ νεοχμ. tribrachũ efficiet) & propter præcedẽtem μὲν ſit etiam neceſſaria. Sed nec illud admitto quod ab eodem ſubiungitur, nimirum vocem ἡμῖν eſſe ſuperuacuam. Tale enim eſt illud, γυναῖκας ἡμῖν ἐκλελοιπέναι δώματα, quale, Quò mihi mater abis? & ſexcenta alia.

V. προὔφαιν] Pro δὴ non dubium eſt quin reponi debeat δεῖ, in ſequenti verſu τὴν δ' Ἀφροδίτην.

V. στάζουσι] Repone πανδήμοισι pro πανδόμοις. nã cũ πανδήμοις (quod reponit Brodæus) non ſtaret verſus. Vt autem hîc πανδήμοις σέγαις dicit in plurali, ſic πάνδημον σέγην in ſingulari pag. 15.

V. ξανθοῖσι] Pro εὔοσμον in vet. cod. legitur εὔκοσμος. quam eſſe veram lectionẽ perſuaſum habeo: vt ſit pro κεκοσμημένος κόμην, ſicut Latinè Ornatus caput, pro Ornatum habens caput.

PAGINA IX.

V. ἐκεῖνος] Hæc & quæ ſequuntur, ſunt qui interrogatiuè legenda cẽſeant: ego minimè neceſſariã hîc interrogationem eſſe puto. Si cui tamen placeat interrogatio, incluſam habebit indignationem: at ſine interrogatione ἐκεῖνος per contemptum dicetur, vt paſſim à Latinis Iſte.

PAGINA X.

V. γῆν δ'] Neſcio qui factum ſit vt Brodæus vir alioqui ſagaciſſimus non ſubolfecerit mendum in ὄνομα: ſed hanc lectionem retinuerit, addito tantùm accentu illi articulo: afferens etiam verſus hoſce Lucretii, libro 2.

Hîc ſiquis mare Neptunũ, Cererémq; vocare
Conſtituet fruges, & Bacchi numine abuti
Mauult quàm laticis propriũ proferre vocamẽ,

Non dubito certè quin & ille lectioni quam habent vet. exempl. aſſenſus fuiſſet, quumprimum eam vidiſſet: habēt enim ὄνομα (quod minima cū mutatione deprauari potuit in ὃ πῶμα) quā vocem optimè huic loco conuenire, negare haud quiſquā poſſit. quum enim dixiſſet Δημήτηρ θεὰ, & ſubiunxiſſet γῆ δ' ἐστιν, aptiſſimè ſequitur κάλει δὲ ὁπότερον ὄνομα βούλει. Occaſionem autem præbuiſſe huic deprauationi id πῶμ' quod paulo pòſt ſequitur, meritò quis ſuſpicetur. Potuit certè & hoc ad eā impellere, quòd quum duo proponantur, videantur illa duo ſtatim ſubiungi, videlicet Δημήτηρ, (ſeu γῆ) & πῶμα. Sed (vt omittam, ὁ apertè mendoſum eſſe, & ne in ὃ quidem mutari commodè poſſe) quem hîc locum particula γὰρ haberet? imò verò hæc omnia ὁπότερον βούλει, κάλει, quorſum dicerētur? Conſiderare igitur oportuit, ex his duobus alterum ſubiungi, interiectis duobus verſibus, videlicet ὃ δ' ἦλθ', &c. ſic tamen vt aliqua ſubſit huic loco ſermonis ἀνακολουθία, (ſed quæ minimè noua videri debeat) quòd non dixerit, δύο τὰ πρῶτα, Δημήτηρ θεὰ, καὶ ὁ Σεμέλης γόνος, ſed interiectis duobus (vti dixi) verſibus, ſubiünxerit ὃ δ' ἦλθ' ἐπὶ τἀντίπαλον, &c. perinde acſi ita loquutus eſſet, ὧν τὸ μὲν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, τὸ δ' ἕτερον, ὃ ἦλθεν ἐπὶ ἀντίπαλον αὐτῇ, ἐστιν ὁ Σεμέλης γόνος. Malè autem hoc redditur, Venit in contrarium ei, aut Venit econtrario ei. quum ἀντίπαλον hîc ſignificet quod æquandum eſt ſeu æquiparandum, tanquā paria faciens. Sed vſus eſt tranſlato ab athletis vocabulo, perinde acſi diceret, Quod autem venit in certamen cum ea de conferendis in genus humanum beneficiis. Malè præterea redditur Hic venit, pro Quod autem venit. quum referatur (vt oſtendi) ad illud δύο τὰ πρῶτα, ideóque non ὅδ' nec

ἢ δ' hîc legi debeat,ſed ὁ δ'.

PAGINA XIII.

V.τοῖς σοῖσι] Poſt Κάδμε perperam collocatur interrogationis nota in quibuſdam exemplaribus: & exponitur ita hic locus, Cæterùm Pentheus quomodo non inferat domui tuæ luctum Cadme? Durum enim eſſet, & inuſitatum etiam fortaſſe, ὅπως pro πῶς. At contrà vſitatiſſima eſt ellipſis cum ὅπως, & quidem interdum ἔλλειψις verbi ὅρα, interdum verbi φοβοῦμαι, ſeu δέδοικα. Fateor tamen alioqui hoc φοβοῦμαι, ſeu δέδοικα, potius relinqui ſubaudiendum ante particulā μὴ ſolam, & quidē habentem ſubiunctiuum: vt Odyſſ. ε, Μή μ' ἄμυδις (&c.) δαμάσῃ.

V.ὕπνου] Malo ὕπνον, vt ſit per appoſitionem dictum, ὕπνον, λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν. Niſi autē ſequeretur alter hic genitiuus, λήθην ὕπνου periphraſticè pro ὕπνον accipi dicerem. At Brodæus genitiuo ὕπνου aliquantum violentam expoſitionē dat, videlicet διὰ τ ὕπνον.

V.καὶ καταγ.] Scribendum eſſe ἐνεῤῥάφη coniunctim, cum per ſe manifeſtum eſt, tum etiā oſtēdit hic verſus pag. 9, Ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διός.

PAGINA XIIII.

V.ἐνδίμαι] Legendum eſſe ταῖ Κύπρου, controuerſia caret.

PAGINA XV.

V.ἐγώ σε] Habēt vet.cod. ἄγω σε. diceretur autem δι' αἰδοῦς ἄγω pro αἰδοῦμαι, ſicut διὰ τιμῆς ἄγω pro τιμῶ. ſed parum conuenire huic loco videtur iſta lectio: imò verò apertè etiam repugnat ſententiæ huius loci. quomodo enim dicat ſe non ſpōte reuereri, ſed Penthei iuſſu, eum quē Penthei iuſſu vinxerit? Non dubito igitur quin retinenda ſit noſtra

lectio, vt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetatur δέω.

PAGINA XVI.

V. αὐτόμ.] Reponendum eſt αὐτῇ: ſicut in primo verſu paginæ habetur ἐκεῖναι.

V. οὐχ᾽ ἀλλ᾽] Pro genitiuo Σεμέλης reponi debet accuſatiuus Σεμέλην, ex vet. Et in verſu proximè ſequenti, ſingul. ὄμμ᾽ pro plurali ὄμματ᾽, ita cogente ipſa etiam menſura.

PAGINA XVII.

V. οὐ τοῦτ᾽] Legi debet non θέλων, ſed θέλω.

V. εἴφ᾽ ὅ, τι] Horatius epiſt. 17 libri prioris hinc iſta ſumpſit,

> Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pētheu,
> Rector Thebarum, quid me perferre patique
> Indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,
> Lectos, argentum tollas licet. In manicis &
> Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.
> Ipſe deus, ſimulatque volā, me ſoluet, opinor.
> Hoc ſentit, Moriar: mors vltima linea rerū eſt.

Animaduertendum eſt autem hoc in loco (quod alii non annotarunt) hæc verba, Rector Thebarum, Horatium non addidiſſe de ſuo, ſed ex Euripide tranſtuliſſe, verùm ex ſeptima ab hinc pagina. In ea enim legitur, Πενθεῦ, κρατηνῶν τῆσδε Θηβαίας χθονός. vbi etiam obſeruandum eſt κρατηνῶν τῆσδε Θηβαίας χθονὸς pro Rector Thebarum. Planè autem ſimilem vſum eiuſdem verbi, & in re ſimili, protuli in meo Græcæ linguæ theſauro, ex Sophocle, pag. 148 meæ editionis, Ἀλλ᾽ ὦ κρατηνῶν Οἰδίπους χώρας ἐμῆς.

PAGINA XXIIII.

V. θηρᾶν] Minimè mihi dubium eſt quin ſcripſerit Euripides ὀρρενωμένας, ſeu potius ἠρσενωμένας, cuiꝰ participii ſignificatio ex pag. 8 peti debet. nā quod

Digitized by Google

hîc dicitur ὡς σὺ φῂς, illuc referendum eſt. Sed pro duobus his verſibus,

> Οἰνωμένας κρατῆρι καὶ λωτοῦ ψόφῳ,
> Θηρᾶν καθ' ὕλην Κύπριν ἠῤῥενωμένας,

tres iſti habentur ibi,

> Πλήρεις δὲ θιάσοις ἐν μέσοισιν ἑστάναι
> Κρατῆρας· ἄλλην δ' ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν
> Πτώσσουσαν εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν.

Non ignoro tamen alios interpretari Imitantes mares, vel Efferatas in viros, ſeu Indutas animos maſculos, & quidem vnico etiam ρ ſcribētes. Sed quin vel ἠῤῥενωμένας gemino ρ, vel ἠρσενωμένας ſcribi debeat, ipſa grammatice dubitare nos non ſinit: quin autem eius expoſitio ex altero illo loco petenda ſit, verba illa ὡς σὺ φῂς, ambigere non permittunt.

PAGINA XXVI.

V. τοὺς μὲν] Afferuntur ex vet. cod. aliæ duæ lectiones, videlicet τοῖς μὲν, & τῶν μὲν. At Brod. quartam affert ex coniectura, ταὶς μὲν. Ego eam quæ in contextu habetur, nullo ferri poſſe modo fateor, quum repugnent quæ ſequuntur: quod autem ad tres illas attinet, malim alterutram earum quæ ex vet. codice deprompta ſunt. quoniam multo plus dicit qui ita loquitur, Eorum tela non cruentabant, ſeu vulnerabant, id eſt, vi cruentandi prædita non erant: quàm ſi diceret, Eorum tela non cruentabant illas. Vult autem hîc ſignificare non ſolùm non potuiſſe illos vulnerare Bacchas ſuis telis, (quod pro miraculo minimè habendũ eſſet) ſed tela vulneratrice vi (vt ita loquar) priuata fuiſſe. Quo ſenſu manifeſtũ eſt vel τοῖς μὲν vel τῶν μὲν ſcribendum eſſe. Et genitiuus quidem in huiuſmodi locis regularior eſt, ſed & datiuus tamen ſæpe illis adhibetur, & quidẽ à Latinis etiam. nam pro Illorum tela vulnerare nõ poſſunt, dicunt etiam (in verſu præſertim) Illis tela

vulnerare non poſſunt, pro Illis ſunt tela quæ vulnerare nõ poſſunt. Pro λογχατὴν autem nõ dubiũ eſt quin λογχωτὴν reponi debeat, ſicut & in Anthol. epigr. legimus λογχωτὴν δίθυρσον.

PAGINA XXXI.

V. καὶ σοὶ] Repone κέρατι, vt ſit κέρατι προσπεφυκέναι σοὶ κέρατι.

PAGINA XXXII.

V. μὴ] Non ſtabit verſus niſi τοῦ mutaueris in τὸ, manente alioqui eodem omnino ſenſu.

V. καὶ κάπνος] Scribendum eſſe πανὸς pro καπνὸς, admonuit iam Brodæus: cui emendationi nemo refragari queat.

PAGINA XXXIIII.

V. μαν. Nominatiuus μανεῖσα in datiuum μανείσα mutari debet, vt iungatur cum προμάχοι. In ſequente autem verſu π λήμαπ diſiunctim ſcribi debere, non πλήμαπ coniunctim, manifeſtum eſt.

V. πᾶ δ'] In fine huius verſus τὸν reponendum eſſe pro τῶν, minimè quiſquam negare queat.

PAGINA XXXVI.

V. οὐκ ἔξικν.] Pro νόθων in vet. codicib⁹ ſcriptum eſt μόθων. quæ lectio valde mihi probatur, & adeo quidem vt germanam eſſe eam perſuaſum habeã: ſed ὅσον quod ibidem legitur, parum certè placet. Senſus alioqui apertus eſſe videtur, vt videlicet dicat Pentheus, Acies meorum oculorum pertingere non poteſt vſque ad Baccharum tumultum. Id eſt, Ex hoc loco Bacchas tumultuantes intueri nõ queo. ſequitur enim, At ὄχθον ἐπεμβὰς ἴδοιμ' ἂν αἰσχρουργίαν &c. vbi αἰσχρουργίαν vocat quod μόθων appellatione ſignificauerat. nam per μόθους hîc intelligit nõ ſimpliciter tumultus, ſeu tumultũ, ſed inſanos bacchantium motus, cum horriſono quodã fremitu, & quæcunque alia illis adiuncta erant.

Sed ὅσον (vti dixi) parum mihi placet: nec intelligo quomodo ferri poſſit, niſi ὅσον μόθων reſoluatur in ὅσον ἐστὶ τὸ τῶν μόθων, quod & ipſum tamen duriuſculum eſſe videtur. Fortaſſe igitur malit quiſpiam ὅσων, me quidem non valde repugnante. At Brodæus veterum codicum auxilio deſtitutus, ὅσαι νόθων reponendũ eſſe putauit, exponens, Quæ è Bacchis orgia adulterant ac ſimulant.

V. πόρνῳ] Pro περὶ φορεῖν repoſuerunt quidam περιφορεῖν: at ex vet. cod. affertur περίφορον. quam veram eſſe lectionem dicerem, ſi eam verſus admitteret: vt περίφορον acciperetur pro περιφερῆ, & iungeretur cum δρόμον, quocum iungi non poteſt περιφορεῖν. Quum autem menſura verſus illud reſpuat, malo & ipſe περιφορεῖν, ſed mutando δρόμον in δρόμου, vel δρόμων.

PAGINA XXXVIII.

V. ἄλλοι] Reponendum eſt ἄλλαι. Similis autem error annotatus fuit ſuprà, videlicet pag. 16. αὐτοῖς pro αὐταῖς, vbi itidem de Mænadibus ſermo eſt.

PAGINA XXXIX.

V. πλήξασα] Reponendum eſſe πήξασα manifeſtius eſt quàm vt de eo ambigere quiſquam poſſit.

PAGINA XL.

V. ἀλλ'] Pro δρόμοις reponendum eſt δόμοις: pro ὀρθεῖς autem, nec ὠθεῖς, nec ὀρθρεῖς reponi debet, (vt quidam ſuſpicati ſunt) ſed ὀρθοῖς, ſi quidem vet. codicibus fides adhibenda eſt.

V. νέον] Quod ſubeſt huic loco mendum, ne ipſe quidẽ Brod. animaduertit, qui νέον νιν exp. Ipſum quidẽ recentem. ſed exẽplo carere puto hunc pronominis vſum, in repetitione. At quin λῖν (.i. leonẽ) quod habẽt vet. codices, aptiſſimũ ſit huic loco, minimè dubitari poteſt. præſertim quũ ſit in p. proximè præcedẽte, ὡς ὀρεστέρου φέρει λέοντος &c. & in ſequẽtibus pag. mẽtio leonis itidem fiat, & quidẽ ſæpius.

PAGINA XLI.

V. πρέπει] Pro φόβῳ doctè Brod. repoſuit φόβῃ, i. iuba: aſſentiunturq; huic eius emendationi & vet. codices. Paulo pòſt autem quum θῆρα habeat Aldina editio, quidam errorem auxerunt, dum emendare voluerunt eum qui ibi commiſſus erat. nam quum ſcribendo θῆρα, peccatum in ſolo accentu fuiſſet, (mutato videlicet circunflexo in acutum) θήρα repoſuerunt. Quanuis porro ſequatur paulo pòſt θηρὸς τὸν ἠγρεύσαμεν, rectè tamen maſculino genere hîc vſurpatur, ſicut pag. præcedente τοῦδ' ἔθηκε θηρός: & in hac ipſa θηρὸς ἀγραύλου. atque adeo paulo poſt hæc verba θηρὸς τὸν ἠγρεύσαμεν, habetur τόνδε δ' εἵλομεν, perinde acſi τὸν dixiſſet, non ὄν, ſeruiens menſuræ verſus.

V. περισσαῖς] Hîc itidem emendatio Brodæi cum vet. exempl. conſentit: ſiquidem legitur & in illis περισσαί. ac certè obuia cuilibet eſſe poterat hæc emendatio, quum præcedat ἄγραν παῖδες λεοντοφυῆ, quibus iungi debere nomen illud manifeſtum eſt. Sed non placet hoc περισσαὶ connectere cum aduerbio περισσῶς. quod ille feciſſe videtur quum expoſuit Inſignem ſupramodum. crediderim enim potius περισσῶς ad participium λαβοῦσαι ferri, & ſonare περισσῇ τινι τέχνῃ, vel potius μηχανῇ.

Hoc autem præterea ex vet. cod. diſcimus, (de quo ille non admonuit) ἀγάλλῃ dici à choro, at γέγηθα &c. ab Agaue. deinde δεῖξόν νυν rurſum à choro.

PAGINA XLII.

V. διεσπαρ.] Rectè quidam repoſuerunt hîc ἐν παντὶ πέδῳ. Couenit autem hoc cum eo quod prouerbiali forma dictum legitur alicubi, Diſiecti ſeu diſperſi tanquam membra Penthei, vt οὐδὲν capiatur pro οὐδὲν μέρος αὐτοῦ. Scio tamen reperiri πέσοι apud Heſychium, & quidem ſcribentem ſignificare

ficare inter alia χωείον, ſed Cypria dialecto, ſicut πέδιον Æolica.

PAGINA XLIII.

V. ὅτ' ἐν] Scribendum eſt potius ὅπαι, vt habent vet. cod. neque enim datiuus Θηβαίοις cum duabus præpoſitionibus iungi poteſt.

V. ἰδοὺ] Hîc quoq; ſequenda eſſe puto vet. exẽpl. habentia τινά'. Imò verò ne vocari quidẽ in dubiũ poſſe hanc lectionem dico. nam referri ad ἄγρα, quod eſt in proximè præcedente verſu, quis nõ videt?

PAGINA XLIIII.

V. οὗ τὸ] Si retineretur διέλαχον κύνες Ἀκταίωνα, exponendum diceret aliquis fortaſſe, Actæonem canes ſortiti ſunt ſibi prædam, vel Actæonis corpꝰ inter ſe partiti ſunt canes ceu prædam. Sed vnius literæ mutatio lectionem multo commodiorem affert, aſpiratæ videlicet in tenuem. ſcribẽdo enim διέλακον, ſignificabitur Dilaniarunt, Diſcerpſerunt. Ab hac autem verbi λακεῖν ſignificatione, λακίδες vocantur fruſta rei alicuius diſcerptæ, aut certè laceræ rei alicuius partes. vt quum dicit Alcæus in magnæ tempeſtatis deſcriptione, Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει, λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό. Scio alioqui verbo λακεῖν in vulg. lex. non tribui illam ſignificationem.

PAGINA XLV.

V. ὧ δῶμ'] Ex datiuo ᾧ faciẽdus eſt nobis accuſ. ὅν, vet. cod. ſequendo, ſimúlque eam conſtructionẽ quam potius admittit verbum ἀναβλέπειν. Dicitur autem eleganter ὃν ἀνέβλεπεν (quod ſonat ad verbũ Te reſpiciebat) pro In te ſpem ſuam collocabat, ſeu, In te ſpem ſuam repoſitã habebat. Ita certè & ſimplici βλέπω vſus eſt Sophocles in Electra, pag. 123, τ εἰς σὲ δὴ βλέπω. Sic autem & compoſito ἀποβλέπω

vſus eſt Xenophon, (vt in meo Theſauro linguæ Græcæ docui) ac profectò Horatium ad hanc verbi huius ſignificationem alluſiſſe puto in fine epiſt.1 libri prioris, quum ſcripſit, — & prauè ſectum ſtomacheris ob vnguem De te pendentis, te reſpicientis amici. id eſt, ἐκ τοῦ σοῦ νεύματος ἀνηρτημένου, καὶ εἰς σὲ βλέποντος, ſeu ἀποβλέποντος, vel (vt hîc Euripides loquutus eſt) ἀναβλέποντός σε. Virgilius autem dixit in te omnis domus inclinata recumbit, eodem ſenſu quo hîc dicitur ab Euripide domus aliquem reſpicere, ſeu in aliquem oculos cõuertere. In quo loquendi genere & ipſum imitari voluiſſe ſermonem Græcum puto, tanquam videlicet verbi ἀνάκειμαι ſignificationem exprimere volentem. Cæterùm vt hîc dicitur domus Cadmi ἀναβλέψαι Pētheum, quòd in eo ſpem collocaſſet, fretáque eo eſſet, ita in Hecuba vocat illa filium ſuum domus ἄγκυραν, id eſt ancoram. Eodem pertinet & hic eiuſdem poetæ verſus, Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες.

V. τ φιλτ.] Annotatur & alia lectio, τέκνον: ſed noſtram retinere malo.

V. οὐκέτι] Verbum θιγγανω mutare neceſſe eſt in θιγγάνων, ſicut ſequitur λέγων. ſed ſimul etiam poſt χερὶ collocanda eſt hypodiaſtole duntaxat. Vt autem hîc verbum participii ſedem occupauit, ita viciſſim participium ſedem verbi ſuprà, videlicet in principio pag.17. ibi .n. θέλων pro θέλω legitur.

V. τὸ μ] Aſſentior vetuſtis codicibus nõ σὸς ſed σῆς legere nos volentibus: vt ſit σῆς παιδὸς παῖς. Sic initio huius pag. παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγώς.

PAGINA XLVI.

V. ὄχον] Mendoſum eſt vtrũque vocabulum, videlicet & ὄχον, & μόχθων, ſi vetuſtis exẽpl. credimus, in quibus legitur ὄχλον & μόχθων. At ὄχον μόχθων,

Digitized by Google

quod vulgatæ habent editiones, redditur in vulg. itidem interpretatione, Par boum. Brod. autẽ exp. Eandem fortunam ſuſtinébis: addens, tranſlationẽ ſumptam eſſe à bubus idem plauſtrum æquali iugo trahentibus. Ad cuius expoſitionis confirmationem affert duo iſta prouerbia, Pari iugo, & Ego ac tu idem trahimus iugum. Quinetiam ſubiungit verſus Nicandri, itémque Dionyſii Afri de Cadmi in ſerpentem tranſformatione, remittens & ad Ouidium. At ego illam vet. codicum lectionem vt multo ſimpliciorem, ita multo meliorem eſſe cenſeo: vel potius hanc bonam eſſe, illam contrà vitioſam. Accipi autem ὄχλον generaliter pro multitudine ſeu magno numero non nouum eſt.

PAGINA XLVII.

V. μήτε Κιθαιρῶν'] Pro ἐγὼ cenſet Brod. reponendum ὁρῶ, aut ſaltem cum ἐγὼ ſubaudiendum. Cui ego lubẽter aſſentior: ſed hoc addo, videri mihi iſtã repetitionem, Μήτε Κιθαιρὼν μιαρὸς, Μήτε Κιθαιρὼν ὅσσοισιν ἐγὼ, aut ὁρῶ, eſſe tanquam ab ea cui vt mens non bene compoſita eſt, ſed mœrore turbata, ita eſt incompoſita & oratio. In ſequente autẽ verſu non video quomodo retineri poſſit nominatiuus θύρσος, ac omnino in genit. θύρσου mutandũ cenſeo. vt ſit ſenſus, Neque aliò vſquam, vbi vllum ſit thyrſi mnemoſynum. At in vulg. expoſ. retinẽte θύρσος, hic verſus, μήθ' ὅθι θύρσος μνῆμ' ἀνάκειται, redditur, Nec vbi thyrſus memorabilis ſit.

IN CYCLOPEM EVRIPIDIS, annotationes Henrici Stephani, in quibus de quorundam locorum emendationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exēplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ *reſpondet, Hervagianæ item, quæ prodijt anno* M. D. XXXVII.

PAGINA II.

V. παῖδες] Repone κλιτύων. quo vtitur & alibi, & quidem itidem primam ſyllabam producens, (ſicut & apud Homerum productam eam habemus, veluti Iliad. π, Πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι) Quinetiam diphthongo ει ſcriptū alicubi inuenitur, vt in Bacchis pag. 14. quā huius vocis ſcripturam nonnullis grammaticis placuiſſe ſcribit Euſtathius, à κλέπαι videlicet deducentibus, quod ſignificat ὀρεινὴν τραχεῖαν ἐξοχήν. Sed in illo tamen Baccharum loco à vulgatis editionibus diſſentiunt veteres codices, κλιτὺς non κλειτὺς habentes. Sic autem circa finem huius pag. κλιτὺν δροσερὰν.

V. σαίρειν] Scribēdum eſt ἁρπάγῃ, id eſt harpagone. ſed quidam hîc interpr. Raſtro: quòd videlicet paulo aptius inſtrumentum hoc videatur quàm illud, ad verrendum.

V. κῶμοι] Nec κῶμοι, vt hîc, nec κώμοις, vt ex vet. cod. annotatur, ſed κώμοις ſcribendū cēſeo, & in verſu proximè ſequente, σαυλούμενοι: vt hæc ſit grāmatica verborum huius loci ordinatio, χὤτε προσῆτε Βακχίῳ συνασπίζοντες κώμοις δόμους Ἀλθαίας. id eſt Quū ad Bacchum veniebatis, ſtipantes choris domum

Altheæ. At vulgata expoſitio (ſi expoſitio vocari debet) eſt hæc, Quum Bromio chori ſtipati ad Altheæ domū eratis. Iuuerit porro lectorē & ι ſubſcriptum τῷ ῃ in προσῇτ'.

V. ποῖ] His verbis præfigenda eſt chori perſona. Et paulo pòſt rectius νίσσῃ ſcribetur.

V. ὤν.] Reponendum videtur χάριν σοῦ. quæ tamen emendatio noſtrorum vet. cod. teſtimonio non cō probatur.

V. ὑπάγω] Crediderim ſcribendum eſſe ὕπαγ', ὕπαγ' ὦ κεράστα. vt ſignificetur, Recede recede, à ſcopulis videlicet. Dixerat enim ποῖ δή μοι νίσσῃ σκοπέλοις; Brodæus tamen tuetur, vt poteſt, lectionem hanc ὑπάγω (vtpote aliam non habens) & exponit Reduco te cornute aries ad caulam montanā Polyphemi Cyclopis ouiū paſtoris. Ex qua expoſ. apparet illū στασίωρον etiam retinere, & facere ſubſtantiuum, ſignificans Caulam montanam. At ego non puto nomini illi vllam montis ſignificationē ſubeſſe, qui Græcis ὄρος dicitur per ο, non per ω. nec puto in quoquā ab ὄρος deriuato hanc mutationē τοῦ ο in ω inueniri. Contrà verò commodiſſimè ab ὤρα ſignificante φροντίδα manaſſe illud ω dicemus, quum huiuſmodi deriuationis in plurimis compoſitis exempla habeamus. ex quibus eſt θυρωρός, itē πυλωρός, & illud vſitatiſſimum κηπωρός. Erit igitur στασίωρος, (ſed hîc accentum in antepenultima habet) ὁ τῆς στάσεως ὤραν ἔχων, qui ſtabuli curam gerit, velut ei præfectus. quæ appellatio arieti tribui poſſe videtur, ſicut & altera, videlicet μηλοβότα, quatenus vocari etiam ſolet dux ouium. Sed στασίωρος ſcribendum fuerit, ſiue στασιωρός, aut certè στασίωρε. Malim tamen στασίωρος, etiamſi præcedat μηλοβότα, quum itidem pagina ſequente ponātur ſimul ὦ φίλος & ὦ φίλε. Quod autem ad genitiuos hoſce

Digitized by Google

attinet, dicendum erit regi ab illis vocatiuis, ita reſoluendo illa compoſita, ὦ βότα τῶν μήλων τοῦ Κύκλωπος, & ὦ ὦ ἔχων ϛάσιος τοῦ Κύκλωπος.

PAGINA III.

V. εἰς αὐλὰν] Conſtat ferri non poſſe ἀμφιβάλλεις, ſed vtrum in ἀμφιβαλῇ, ſeu ἀμφιβαλεῖς, (quod valde vicinum eſt) an in ἀμφίβαλος mutari debeat, dubiũ eſt. Si ἀμφιβαλεῖς ſcribatur, aut ἀμφιβαλῇ, legendum erit πότ' interrogatiuè: ſin ἀμφίβαλος, retinebitur illa ſcriptura aduerbii quã habemus. Sed verbum ἀμφιβάλλειν ſeu potius ἀμφιβάλλεσθαι pro Redire (vt omnino hîc accipere neceſſe erit) valde mihi ſuſpectum eſt.

PAGINA V.

V. σπείροισι] Quidam reponendum putarunt ἤ τῳ, id eſt ἤ τινι: quum contrà retineri debeat ἤ τῷ pro ἢ διὰ. ſed animaduertendum eſt hîc traiectionis genus quæ alioqui Sophocli familiarior eſt quàm Euripidi. Dictum eſt enim, Σπείροισι δ' ἢ τῷ ζῶσι Δήμητρος ϛάχυν, pro Σπείροισι δὲ Δήμητρος ϛάχυν, ἢ τῷ ζῶσι;

V. καὶ τυρὸς] Apud Athenæum non βοὸς γάλα, ſed Διὸς γάλα legitur in hoc Euripidis loco. ita enim ſcribit libro 4. Εὐριπίδης δ' ἐν Κύκλωπι ὀπίαν καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ. quibus verbis iſtum ſubiungit verſum, Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα. Hanc autem lectionem arripiens Eraſmus, his verbis Διὸς γάλα inter prouerbia locũ dedit, ſcribẽs, veteres lac Iouis appellaſſe quod inſigniter lautum eſſet in cibis: & afferens Διὸς ἐγκέφαλος, tanquam huc pertinens. At ego non puto Eraſmum, ſi locum apud ipſum Euripidem conſideraſſet, iſta ſcripturum fuiſſe: ſed nec Athenæum Διὸς potius quàm βοὸς, ſcriptum reliquiſſe, mihi

Digitized by Google

ſit veriſimile.

PAGINA VI.

V. *καλῶ γε*] Scribe *ἡδεῖαν δ' ἐμοί*, vt in vet.

V. *ἆ ἆ ἆ*] In vet. cod. *διεκάναξε* legitur. quam eſſe veram lectionem perſuaſum habeo. nec tamen vſquam apud lexicographos hoc compoſitum reperio. *κανάξας*, quod eſt verbi ſimplicis participium, apud Heſychium extat, vbi exponitur *ταράξας*. Quinetiam compoſitum *ἐσκάναξον* apud eundem legitur, exponentem *ἔγχει*, item *ἔκπιε*. Sic autem & Euſtathius *ἐγκανάσσειν* eſſe ait *ἐγχέειν*: afferēs hæc ſine autoris nomine, *ἄκρατον ἐσκάναξόν μοι πολιῷ*. Sed Ariſtophanis ſunt illa, in Equitibus: ex quo etiam reponendum eſt *ἐσκάναξον*. quod & ſcholiaſtes explicat *ἔγχει*, necnon *ἐγκένωσον* (niſi pro eo ſcribendum eſt *ἐκκένωσον*) addens dici *ἐπὶ τῶν ἀθρόως πινόντων*. item, quoſdā velle *θορύβου* ſignificationē includi hac voce: vt ſit *μετὰ ψόφου ἔγχεον*. Hactenus illi. ego autem *διεκάναξε* hic puto accipi tranſitiuè, vel pro Guttur tuum ſtrepere fecit, In gutture tuo ſtrepitum ſeu murmur excitauit. (excitatur autem hic ſtrepitus in eorum potiſſimùm gutture qui auidè, & magnis, vt ita dicam, hauſtibus bibunt) vel pro Perfudit tuum guttur, ſeu Infuſum tuo gutturi illud proluit. Quibus certè modis aptius exponetur quàm illo primo, ſi ratio ſequentis verſus habenda ſit, (vt habenda eſſe videtur) *ὥστ' εἰς ἄκρους γε τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο*. perinde acſi diceret, Rogas an egregiè guttur meū perfuderit ille Bacchicus liquor? imò verò totus ſuauitate eius perfuſus ſum à capite ad talos. vt videlicet *ὄνυχας* de pedū vnguib⁹ intelligamus. tale quid autē hodiéq; potores in ore habere ſolēt, quū ex aliquo vini hauſtu mirā quandā delectationē, & velut nouū vigorem

Digitized by Google

ad totum corpus permanaſſe, declarare volunt: *O qu'il me faict grand bien : ie le ſen depuis la teſte iuſques au bout des pieds.* Tibullus participio Perfuſus eſt itidem vſus hac in re, lib.1, eleg.2,

Neu quiſquã multo perfuſum tẽpora Baccho
Excitet, infelix dum requieſcit amor.

Non ignoro tamen eſſe qui ibi Percuſſum legant, ex aliis exemplaribus. Et hactenus quidem de διεκάναξε, quod (vti dixi) in vet. exempl. legitur. at Heſychius διεκάνεσε habet, quod exponit διέσεισε & διεσάλευσε. Vtrum autem ex hoc ipſo loco verbum illud petierit, ſequutus aliquem codicem in quo ita ſcriptum eſſet, non διεκάνεξε, an σ ſit pro ξ apud eum ex errore librarii, an potius aliunde id ſumpſerit, aliis diuinandum relinquo : mihi certè διεκάναξε legere multo tutius eſſe videtur.

PAGINA VII.

V. οὐ δῆτ'] Legendum eſſe στένοι manifeſtũ cuiuis eſſe poteſt.

PAGINA VIII.

V. πάρεστιν] Pro ἀπορεπὴς reponendum ἀπρεπής. quem errorem in pleriſque aliorum autorum locis obſeruare me memini. Atque adeo ſuprà in Bacchis, p.29, pro ἀπορεπὴς ſi itidẽ reponas ἀρεπὴς, manifeſt⁹ erit ſenſus. ſin ἀπορεπὴς retineas, in eo explicando hærebis, atque haud ſcio an extricare te poteris. Hîc autem operæpretium eſt conſiderare quàm periculoſum ſit cuiuſquam iudiciũ reiicere non adhibito quo decet iudicio. nam quum autor prioris harum tragœdiarum interpretationis, quæ eſt ad verbum, hunc locum ita vertiſſet, (& quidem rectè ἀπρεπὴς reponens) Guttur paratum ſit modò : poſterioris interpretationis autor dum illius in interpretando hoc loco iudiciũ reiecit, iudicio ſe carere manifeſtè oſtendit. vt enim

Digitized by Google

noui aliquid afferret, nouam planè & inauditam (aut ego valde fallor) nomini εὐτρεπὴς ſignificationem dedit, vertens εὐτρεπὴς φάρυγξ, lautum guttur. Imò verò Latinos ipſos guttur lautum nihilo magis dixiſſe puto. Iſtud autem animaduertere oportuerat, Silenum hoc ſuo reſponſo alludere ad verbum quo vſus erat in ſua interrogatione Cyclops: nam quum ille rogaſſet an ἄριστον eſſet παρεσκευασμένον, reſpondet, promptum & paratum eſſe prandium, adeo vt tantùm opus ſit paratum itidē eſſe guttur. nam εὐτρεπὴς ἔστω μόνον, nihil aliud eſt quàm παρεσκευασμένον ἔστω μόνον.

PAGINA IX.

V. ἄληθες] Huic voci apponendam eſſe interrogationis notam, docui ſuprà in annot. in Sophocl. pag. 166. Paulo pòſt autem lege πλήσοισι.

V. ὡς ἐκπλ.] In vet. cod. ἡμεροσκόου. quam lectionem & Brod. affert, ex coniectura. (nam manifeſtum eſt typographum ἡμεροσκόου ab eo ſcriptum peruertiſſe in ἡμεροσκόον) & addit hanc expoſitionē, Ego manſuetis cicuribúſque animalib⁹ ſatur ſum. Sed ἡμεροσκόου pro ἡμέρου dixiſſe Euripidē nequaquam mihi ſit verisimile. Quòd ſi etiam hoc illis darē, videlicet ἡμεροσκόον pro ἥμερον potuiſſe eū dicere, negarem conuenire huic loco vocem quæ ἥμερον ſignificaret: ac profectò mecum negare cogeretur quiſquis ceruos & leones manſuetis & cicuribus animalibus annumerare nollet. Hóc enim cuilibet eſſe manifeſtum poteſt, illum à genere venire ad ſpeciem, quum poſtquam dixit ſe eſſe ſaturum δαιτὸς ἰμεροσκόου, ſeu ἡμεροσκόου, ſubiungit, Ἅλις λεόντων ἐστί μοι θοινωμένῳ, Ἐλάφων τε: contrà verò ſe eſſe χρόνιον ἀπ' ἀνθρώπων βορᾶς ait. Quam abſurditatem Brodæum, ſagaciſſimum alioqui virum, nō deprehendiſſe, valde miror. At vulgata expoſitio

ἡμεροσκόου & ipſa legit: ſed accipiens pro καθημερινοῦ, vt dicat ſe ſaturum eſſe cibi quotidiani. Sed ne hoc quidem mihi quiſquam perſuaſerit, ἡμεροσκόου pro quotidiano vſurpaſſe Euripidem. Imò verò vt tandem quod ſentio proferam, (ſi mihi à cæteris omnibus hîc diſſentire fas eſt) ne vſum quidem eſſe hac voce Euripidem exiſtimo, ſed εἰμ' ὀρεσκόου, quod ille ſcripſerat, in ἱμεροσκόου deprauatum fuiſſe ſuſpicor. Ita enim illum reliquiſſe ſcriptum hūc verſum, (animaduerte autē quàm parua ſit mutatio, & quàm facilis lapſus fuerit) Ὡς ἔκπλεώς γε δαιτός εἰμ' ὀρεσκόου. Ad quam coniecturam mihi velut iannam aperuit Homerici illius loci recordatio, Il. α, Κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι. Vbi ὀρεσκῷοι vocantur monticolæ, (qua in ſignific. dicūt poetæ præterea ὀρείαυλοι, item ὀρέσβιοι, & ὀρείπλαγκτοι, & ὀρειπλανεῖς, ſiue οὐρείπλαγκτοι, & οὐρειπλανεῖς: necnon ὀρεσιβάτης, ſeu ὀρεσβάτης, aut ὀρειβάτης, ſeu οὐρειβάτης: item ὀρεσίτροφος, & ὀρεσίνομος, atque alia) vocabit autem cibum monticolam, cibum ex monticolis animalibus. Sed ὀρεσκῷος quod interpretor Montanum, ſignificat propriè In montibus iacentem, ſeu cubantem, aut etiam dormientem: à κείω pro κεῖμαι, ſeu κοιμῶμαι. Quæ certè deductio minimè alteri illi ſcripturæ repugnat, habenti ο non ω. At repugnaret deductio quam alii quidam attulerunt, videlicet à nomine χῶοι ſignificante cauernas, (vt teſtatur etiam ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, in nomine Κῶς, quod dicitur περὶ τοῦ ὀρύγματος τοῦ ἐν Κορίνθῳ.) ſed hanc deriuationē ab Heſychio videmus omitti, non item alteram. Denique valde conſentanea erunt huic meæ lectioni illa quæ à poeta ſubiungūtur, Ἄλις λεόντων &c. quum contrà malè hæc cohæreant (vt docui modò) ſi de cicuribus animalibus loquatur in illo præcedente verſu.

Digitized by Google

V. ἥδιον] Scribendam eſt ἥδιον' ἐςὶν, vt ſit pro ἥδιονα. Sic autem in hac ipſa pag. verſu qui incipit ab ἐγὼ, malè omiſerunt apoſtrophi notã poſt ἐξώλοι editiones Aldina poſteriores. At hîc eiuſdẽ generis mendum cum cæteris editionibus commune habet.

V. ὦ δέσπ.] Scio ἐξοδᾶν exponi Vẽdidiſſe, & hãc ſignificationẽ huic loco conuenire: ſed an alibi vſquam eam iſtud verbum habeat, hoc verò neſcio. eſſet enim ἐξοδᾶν cum ᾳ ab ἐξοδάω: ſed nullã prorſus eius mẽtionem apud lexicographos reperio. nam ἐξοδῆσαι, quod eſt apud Heſychiũ, videtur potius ab ἐξοδέω eſſe: deinde alienam ab hoc loco ſignificationẽ habet, quum exponatur ἐξοδεῦσαι. At ex coniectura aliud in locum illius ἐξοδᾶν afferre non poſſum quàm ἐμπολᾶν, quod aptiſſimum quidem huic loco eſſe fatebuntur omnes, (præſertim quum eadem de re præceſſerit compoſitum ἀπημπόλα) ſed vereor nequis deprauationem verbi ἐμπολᾶν in ἐξοδᾶν, parum veriſimilem iudicet. Brodæus (quod valde miror) ἐξοδᾶν exponit Vendidiſſe, nihil de eo addens, tanquam minimè ſuſpecto.

PAGINA X.

V. ξένοι] Repone ξένοισι. quæ emendatio controuerſia caret.

V. αὐτὸς] Hîc quoque de eadẽ & ignorantia & audacia queri poſſũ, de qua & ſuprá. nã quũ pro ἔγωγε reponi debere ἔγωγε, quod valde vicinũ eſt, minimè obſcurũ eſſet, & vel ita emẽdãdus foret hic locus, aut relinquẽda lectoris iudicio emẽdatio, Aldinã lectionẽ interim retinẽdo, ad remotã cõtrà emẽdationem (id eſt è longinquo petitam) & ab hoc loco prorſus alienam ventum eſt. Quid dico alienã? imò verò planè repugnãtem totius loci ſententiæ.

Digitized by Google

nam pro ἔγωγε repoſitum fuit ἐγὼ οὔ, & quidem in ipſo textu, vt videlicet chorus neget quod affirmare illum ſequentia ſatis oſtendunt, quum dicat Cyclops illum ψεύδεσθαι.

V. περάντα] Licet ex vet.cod. nulla hîc afferatur emendatio, non dubito quin περάντα deprauatum ſit, & reponi debeat περνάντα. quo participio vtitur & Homerus, Il.χ, v.45, Κτείνων, καὶ περνὰς νήσων ἔπι τηλεδαπάων. Sic Iliad.ω, v.751, & 752, Ἄλλους μὲν γὰρ παῖδας ἐμοὺς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς Πέρνασκ', ὅντιν' ἕλεσκε, πέρην ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, Ἐς Σάμον &c. vbi annotat Euſtath. πέρνασκε πέρην ἁλὸς etymologica dici forma, id eſt, velut alludēdo ad etymū. Idem autē in hunc eiuſdem poetæ locum (paſſiua voce vtentis) Iliad.σ, v.291, Πολλὰ δὲ δὴ Φρυγίην καὶ Μῃονίην ἐρατεινὴν Κτήματα περνάμεν' ἵκει, annotat hoc verbum κυριολεκτεῖσθαι id eſt propriè dici ἐπὶ τοῦ πέραν που διαπωλεῖν. vnde eſſe & πιπεράσκειν. Hæc autem quū dico, non ſum immemor aliorū eiuſdem poetæ locorum, in quib⁹ verbum περᾶν itidem exponitur πωλεῖν. vt Iliados φ, Καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρασσε, Νηυσὶν ἄγων. (vbi tamen non ſimpliciter Euſtath. exponit ἐπώλησε, ſeu διεπώλησε, aut ἀπέδοτο, ſed πέραν ἀπέδοτο καὶ διὰ θαλάσσης πλεύσας διεπώλησε) Sic alibi εἰς Λῆμνον ἐπέρασε, item εἰς Λῆμνον πεπερασμένος. Legimus verò & Iliad.φ, v.454, Δήσειν, καὶ περάαν νήσων ἔπι τηλεδαπάων. Horum inquam & aliorum huiuſmodi locorū nequaquam ſum immemor, ſed dico fieri poſſe vt illis in locis περᾶν ſignificationem ſuam retineat, ſic tamen vt ex antecedente intelligatur conſequens. Videmus certè hoc verbum in locis hîc citatis cum præpoſitione poni, præterquam in vno, vbi ſubaudiri manifeſtum eſt. Quòd ſi tamen hoc dedero, eūdem prorſus eſſe vtriuſque verbi vſum, at hîc non poſſe περάντα à περάω eſſe, nemo non vi-

Digitized by Google

det. Ideo autem accuratius hanc lectionem examinandam cenſui, exponendúmque cur eam reiiciã, quòd Brodæus contà eam admittat, πεϱάντα videlicet eſſe dicẽs idem quod πωλοῦντα, ſed aliud non addens.

V. ψεύδετε'] In vet. cod. ſcriptum eſt πόνδε, non τῶδε: & πολλοὶ initio verſus ſequentis. At Brod. & τῶδε & πολλὰ legens, vt habent vulg. editiones, (quum tamen hoc πολλὰ verſus menſura omnino reſpuat) exponit, Ego multa ab hoc Vlyſſe incommoda percepi, qui nũc Rhadamanthum, id eſt iuſtum ac integrum virum, agit. Sed præterquã quòd illud πολλὰ menſuræ verſus repugnat, vti dixi, durũ eſt πέπονθα τῶδε pro ὑπὸ τῶδε. Præterea quomodo rationi conſentaneum eſt Cyclopem ita de ignoto ſibi Vlyſſe loqui? quomodo verò cohærebit quod adiicitur? videlicet, καὶ δικαιότερον λέγω. Alii autẽ exponunt, Ego verò multa ipſo quoque Rhadamantho iuſtius facio & dico. Sed (vt omittam πέπονθα violẽter hîc exponi Facio) quorſum ſuam δικαιοσύνην iactabit Cyclops, quum nõ ipſe ſed Silenus malæ fidei arguatur? Vidi autem & cui placeret πλείονα reponere, & interpretari πλείονα πέπονθα, In pluribus rebus exercitatus ſum. At ego ne hanc quidem interpretationem vllo probare modo poſſum, primùm quidem quòd πλέονα πέπονθα non poſſit ita accipi: deinde quòd etiamſi ita liceret accipere, ne hoc quidem ſatis aptè ſubiungeretur ei quod dixit, ψεύδεσθε. Supereſt vt & ipſe meam de hoc loco ſentẽtiam proferam. dico igitur πόνδε & πολλοὶ cum vet. cod. legendum mihi videri, ſed præterea pro πέπονθα reponendum πέποιθα, quod quidem ſumatur pro πέπεισμαι. hunc enim locum ita legendo, aptiſſimam (aut ego valde fallor) expoſitionem eius inuenire poterimus: vt nimirũ dicat Cyclops,

Mentimini.ego enim perſuaſum habeo atq; adeo dico, Silenum, quem vos malæ fidei accuſatis, ipſo Rhadamantho multo iuſtiorem eſſe.

V. *ἱδρυσ.*] Reponendũ eſt *ἱδρυσάμεσθα*, aſſentientibus & vet. cod. nec tamẽ hîc *ἱδρυσάμεσθα* receptum paſſim vſum habet: qualẽ & in hoc Sophoclis loco,

Θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὰς,
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων, ἢ χαλκέων,
Ἢ χρυσοτεύκτων, &c. non ita, inquam, ab Euripide hîc accipitur, ſicut nec eandem conſtructionem habet: ſed *ἱδρυσάμεσθα ἔχειν* pro *ὥστε ἔχειν* dicit, ſignificans, Sacrauimus illum, ita vt habuerit &c. Vel, Hunc ei honorẽ ſacrauimus, (quo loquendi genere vtitur Virgilius) vt præeſſet naualib⁹. Sumpta autem erit metaphora à ſtatuis quas erigendo alicui, eũ ſacramus. Cæterùm in proximè ſequente verſu legendum eſt *ἱερός*, ſi eoſdem illos codices ſequi velimus.

PAGINA XI.

V. *νόμεις*] Si *ἀποστρέφῃ* retineatur, erit in ſubiunctiuo: ſed malo *ἀποστρέφου*, quod & veteres codices habent. Sic autem hic locus in interpretatione Latina exponitur acſi *εἰς λόγους* iungeretur cum *ἀποστρέφῃ*, ſeu *ἀποστρέφου*, quum contrà dicendum ſit *ἀποστρέφῃ* (vel potius *ἀποστρέφου*) *δέχεσθαι εἰς λόγους*. q.d. Mens tua ab hac feritate cõuertatur ad hoc ſaltem officium humanitatis, vt digneris admittere &c.

PAGINA XII.

V. *ἵν' ἀμφὶ*] In vet. cod. *βωμὸν*, & in margine vnius *θωμὸν* etiam. at mihi *κῶμον* non diſplicet.

PAGINA XIII.

V. *διωνὶς*] Pro *ἀθρήσας* repone *ἀθροίσας*. qui error commiſſus itidem fuit in Heraclidis, pag. 12, *μαίνεις τ' ἀθρήσας*.

PAGINA XIIII.

V.δίδου]Pro δίδου in iiſdem illis codicibus legitur ἅδου.quod mihi ſummopere arridet: atque adeo δίδου retineri non poſſe conſtat, quin ἀνακολουθίαν habeat oratio. Præterea nónne videmus ipſummet Cyclopem eſſe ſibi coquum? id eſt coqui officio fungi? Eos itaque ſequor, vt vocetur θεοςυγὴς ἅδου μάγειρος: perinde ac ſi dicas Latinè Stygius coquus. Expungenda autem fuerit interpunctio poſt πάντα.

V.τὸν μὲν]Legitur etiam χαλκηλάτου. ſed χαλκήλατον retineri poteſt, manente eodem ſenſu.

V.παίων]At hîc neceſſe eſt accuſatiuum in genitiuum mutare, videlicet λίθον in λίθου.

PAGINA XV.

V.καὶ δὴ]Ex duabus vocibus faciēda eſt vna, reponendo ἐπισχέων pro ἐπ' ἰσχέων. cuiuſmodi error & in aliis huius ſcriptoris locis inuenitur.

V.Διόνυσον]Vt in proximè præcedente annotatione dixi ex duabus vocibus fieri debere vnam, ita hîc viciſſim ex vna duas faciendas eſſe dico, videlicet ἀνάλαβ' οὐ ex ἀναλαβοῦ. manifeſtum eſt enim intellexiſſe Euripidem ὦ θεοστυγεῖ Κύκλωπι.

V.χηρεύομεν]Pro καταφαγεῖν legēdū eſſe καταφυγεῖν (vt & Brodæus admonuit) negare nemo queat. Sed neutro modo ſtabit verſus, id eſt nec cum καταφυγεῖν, nec cum καταφαγεῖν, niſi inſeratur vna ſyllaba. quare ſcribendū cenſeo, τὸν δ' οὐκ ἂν ἔχοιμεν καταφυγεῖν, etiamſi ſit anapæſtus in quarta ſede.

V.ξυνῆκ']Pro ῥυθμοῖσι in vet. codicibus habetur ῥυτῆρσι. at Brodæus ſcribendum putauit ῥηγμῖσι, id eſt in litoribus. Vidi autem & qui ex ῥυθμοῖσι facerent ῥυθμῷ σύ exponentes Vno ictu. quibus nullo modo aſſentior.

PAGINA XVI.

V.ὀφθαλμὸν]Reponendum cenſuit Brod.ἐκτρήψομεν.i.Perforabimus,Exculpemus. Ego ἐκπείψομεν poſſe retineri exiſtimo.licet alioqui potius dicatur pro Terendo elicio,vel Elicio quaſi terendo. vnde ἐκπείψαι πῦρ, apud Xenoph. Pæd.lib.1, pag.29 meæ editionis,ἐπὶ ἔκ γε τοῦ πυρ, οἶμαι,ῥᾶον ἄν τις ἐκπείψειν, ἢ γέλωτα ἐξαγάγοι. Sic autem extritus ignis à Lucretio dicitur, lib.5, Exprimitur validis extritus viribus ignis.

PAGINA XVII.

V.ταχθεὶς] Aſſentior planè veteri codici habenti δαλοῦ: vt dicamus ὀχμάσας κώπην δαλοῦ, id eſt Manubrium torris.

V.φίλον] Repone ὑπασκαλίζων, ſicut paulo antè πισχίων pro ὑπ' ἰσχίων reponēdum eſſe docui, videlicet pag.15.

V.γαίνυμαι]Fortaſſe pro ἥβης reponendum eſt ἥδη.Brodæus tamen ἥβης retinens,γαίνυμαι δαιτὸς ἥβης exponit Lætor vino, conuiuii quaſi flore & condimento,ſine quo nihil iucundum eſſe queat. Ego malim γάνυμαι δαιτὸς,interpretari Exhilaratus ſum dapibus.

PAGINA XVIII.

V.τύπου]Repone πιεῖν,aſtipulantibus & vet.cod. vt ſit Quod tibi bibendum exhibui. At πιὼν ἔδωκά σοι,eſſet,Quod,poſtquam bibi,tibi exhibui.

PAGINA XX.

V.ἀπαλ.]Hîc idem error qui iam bis in hac ipſa tragœdia annotatus à me fuit,videlicet ἀπορεπῆ pro ἀπρεπῆ.

V.ἴσω] Hîc,vt in duobus locis paulo antè annotatis, duæ voces in vnam coniungendæ ſunt,faciendo διάπυρος ex διὰ πυρός.

V.ἀκουῶ] Hinc incipit loqui chorus, non autē ab illo

ab illo ἡμῶς ἐμῶ,&c. quare huic verſui, non illi, perſona illa præfigi debet.

V. τυφέτω, καιέτω] Vide num potius ſcribendũ ſit τύφετε, καίετε, ſicut præceſſit ὀκκαίετε.

PAGINA XXIII.

V. πρὸς θεῶν] Inter πεφθύγκασ' & ἐμῶους' addita rectè fuit particula ἤ in quibuſdam exempl. eam enim & vet. codices habent.

PAGINA XXIIII.

V. δι' ἀμφιτρ.] Pro ἀμφιβρῆτος reponendum cenſet Brod. atque adeo reponere iubet ἀμφιτρείτης, id eſt, θαλάσσης, maris: afferens locum Sophoclis, locum item Theocriti, ita nomine illo vtentium. Sed ἀμφιτρείτην quidẽ poetis frequenter id ſignificare, controuerſia caret, miniméq; probatione vlla indiget: at conuenire huic loco vocabulum aliquod eam ſignificationem habens, id verò nego & pernego. Sed hac de re legere poteris, ſi videbitur, quæ in præfatione his annotationibus præfixa dixi.

Digitized by Google

IN HERACLIDAS EVRIpidis, annotationes Henrici Stephani, in quibus de quorundam locorum emēdationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exēplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ reſpondet, Hervagianæ item, quæ prodijt anno M. D. XXXVII.

PAGINA I.

V. πάλαι] Stob. in capite De iniuſtitia & auaritia, affert hoſce quatuor primos verſus, & quidem ab iis caput illud exordiens. Is autem tres tantùm locos aliter quàm hîc ſcriptos habet: quorum duo nullo modo ſenſum immutant, at tertius aliquam mutationem affert. In primo enim verſu ſcribitur, τοῦτό μοι δεδογμένον, in quarto καὶ συναλλάξαι. Sed in principio eiuſdem pro πόλει τ' ἄχρηστος habet ille φίλοις τ' ἄχρηστος. quæ lectio mihi non diſplicet, quum hîc per φίλους intelligi velit quos modò vocauerat τοὺς πέλας. neque enim τῶν πέλας appellationem tam latè extendebant olim ſcriptores ethnici quàm latè poſtea Chriſtiani extenderunt. Qui tamen πόλει retinere malit, hanc lectionem tueri fortaſſe poterit autoritate Platonis, qui & ipſe docet, vnūquenque noſtrûm nō ſibi ſoli natum eſſe, (vbi verbo γεγονέναι vtitur pro eo quod Euripides hîc πεφυκέναι dixit) ſed ortus noſtri partem ſibi vendicare patriam, partem parentes, partem cæteros amicos. Quum enim ita loquitur Plato, φίλων nomine πόλιν quoque comprehendere videtur. Sed Cicero illum Platonis locum interpretās, omiſit λοιποὶ quod eſt apud Pla-

Digitized by Google

tonem, dicens tantùm (niſi mentiuntur exemplaria) Partem patria, partem parentes, partem amici. Alibi autem eiuſdem loci Platonici mentionem faciens, dixit Suis, pro Patriæ & parentibus. Qui omnes loci in promptu erunt conferre eos inter ſe volenti, pag. 42 libri à me editi, qui Ciceronianum lexicon Græcolatinum inſcribitur.

V. ὕβρεισμ] Scribendum eſſe ἡμᾶς manifeſtum eſt, ideóque admonere minimè neceſſe putauiſſem, niſi in cæteris quoque editionibus mendum hoc ſeruatum fuiſſe comperiſſem. Paulo pòſt autem multo commodius legetur ἐχθρὰν quàm ἔχθραν, expuncta etiam hypoſtigme poſt Ἄργος: vt ita ordinētur verba, προλιπὼν Ἄργος πόλιν οὐ σμικρὰν, ἐχθρὰν φίλων: at ſiquis ἔχθραν retinere malit, retinenda & interpunctio fuerit poſt Ἄργος.

PAGINA II.

V. κλεινὰς] Pro τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὅρον vet. cod. habēt, πῶσδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν. quam lectionem germanam eſſe, non inficiabitur quicunque conſiderabit πέρμας iam haberi in proximè præcedente verſu.

V. ἐγὼ] Reponendum eſt καλχαίνω. Eſt autem καλχαίνω propriè (vt in meo Græcæ linguæ theſauro docui, ſub radice Κάλχη) Alta mente cogito, & q. d. Profundè cogito, ſeu In profunda cogitatione verſor. Sophocl. Antigone, pag. 213 meæ editionis, Τί δ' ἐστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος. Eandem autem ſignificationem πορφύρω, (quod vſitatius eſt) ab eadē metaphora accipit, vtpote à πορφύρα deductum, ſicut illud à κάλχη.

PAGINA IIII.

V. οἶδ'] Aſſentior Brodæo ποῦ ποτ' mutanti in τοῦ ποτ', ſed ab eo diſſentio in huius genitiui expoſitione. vult enim accipi pro Cuius rei gratia: at ego intelligo Cuius viri, iungendo cum κόροις: perinde acſi

dictum eſſet, τοῦ εἰσιν οἱ κόροι οὓς κομίζεις, &c.

V. ἔκπεμπε] Hic νυν eum habet vſum de quo dixi ſuprá: ideóque ἔκπεμπέ νυν ſcribendum eſt.

V. θεῶν] Aſſentiendum eſt lectioni veterum codicum, videlicet σέβειν. manifeſtum eſt enim & hîc repeti ἀπὸ τοῦ κοινοῦ debere ἐχρῆν.

PAGINA VI.

V. παῖς τῶνδ'] Scribe κατοικτίζειν, vt iũgatur hic infinitiuus cum verbo ἐλπίζοισι.

V. θάψεις] Reponi debet ἦ, quod ſit pro ὄντως, Equidem, Profectó. At contrà nonnulli interrogatiuè hæc legunt, particulã ἦ retinentes. Paulo pòſt autem ſunt qui pro τραχὺς reponant τραχὶν, vt ſit nomen ciuitatis, inquiunt. Sed ii ſi Stephanum conſuluiſſent, nihil hîc mutari debere didiciſſent.

PAGINA VII.

V. Τίς ἂν] Affertur hic verſus, vnà cum proximè ſequente, à Stobæo, in capite quo tractat περὶ ἀρχῆς καὶ τοῦ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν ἄρχοντα. Sed apud eum pro γνοίη λόγον legitur δοίη λόγον, & σαφῶς pro σαφῆ. Ego de σαφῶς illi aſſentior, (licet & σαφῆ retineri poſſe ſciam, & quidem ſenſu eodem) at de δοίη non item. Non dubium eſt autẽ quin ad illum prouerbialem verſum alludere voluerit Euripides, Μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

V. σύ κοινῶ] In veteribus codicibus habetur οὐ γάρ. quæ lectio eundem ſenſum efficit. eſt autem repetendum φύγοι cum accuſatiuo Ἀθηνας. Quod non animaduertentes quidam, ſuſpicati ſunt hunc accuſatiuum in nominatiuum Ἀθῆναι mutari debere, qui videlicet iungeretur cum θέλωσι.

PAGINA VIII.

V. Θησεῦς] Hæc verba τῶνδ' ἄνειμί σοι γένος Brod. interpretatur, Ad commemorandum tibi eorum genus tranſeo. Sunt & qui ἄνειμι vertant ſimpliciter Cõmemoro, Refero. Sed exemplum talis vſus

verbi αἴνειμι deſidero,& reponere malo αἴνυμι ex vet. cod.idē valēs quod αἴνύω. & planè reſpōdens hoc in loco aliiſque ei ſimilibus,Latino verbo Expedio,ea quidem in ſignific. ſumpto qua dixit Virg.Georg. 4,— altius omnē Expediā prima repetens ab origine famam. Alicubi autem addit ablatiuum Dictis.

PAGINA IX.

V.τὸ μὲν] Pro βωμίους habent vet.cod.βώμιος. Atq; vt hic dicitur aliquis θακεῖν βώμιος ſic ſuprà,videlicet p.7,legimus βωμίους καθιδρύους. At Brod.vt locū daret illi alteri lectioni,vertit θακεῖς,Sedere iubes.

V.οὔκουν]Repone ἀλλά σοι βλάβος.

V.οὐκοῦν] An hæc deberēt interrogatiuè legi mi ror dubitaſſe aliquos, verti etiam poſſe exiſtimātes οὐκοῦν, Atqui,legēdo videlicet abſq; interrogatione.

PAGINA X.

V.καρδία.] Pro infinitiuo μένειν reponendus eſt indicatiuus μένει.

PAGINA XI.

V.ἢ παῖδας] Inter hūc verſum & proximè ſequentem interiectus habetur hic apudStobæum,Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν. Affertur autem ab eo hic Euripidis locus in capite quo docet ὅτι χρὴ τοὺς γονεῖς τῆς καθηκούσης τιμῆς καταξιοῦσθαι παρὰ τῶν τέκνων.cuius capitis quum hoc ſit argumentum, id eſt,quum illam ſententiā comprobantes varii autorum loci ab eo ibi afferantur, minimè dubium eſt quin hunc Euripideum citans, verſum iſtum ipſe inter illos duos ſcriptum reliquerit. quum alioqui non adden do eum,minimè illuc pertinere hunc Eurip. locum quilibet iudicaturus ſit.Et tamen apud eundem Stobæum alibi eundem hunc Euripidis locum afferentē non inuenitur inter alios hic verſus,videlicet in capite quo tractat ὅτι ἀγαθοὶ οἱ ἀπὸ χρηστῶν πατέρων ἢ δυνατῶν ἢ ἐνδόξων γενόμενοι. Sed ego crediderim

hîc ab aliquo librario fuiſſe omiſſum, quòd in ſuo Euripidis exemplari, aut ſuis exemplaribus eum nõ inueniret. Illud certè conſtat, ethnicos quoque poetas multis in locis multiſque modis hoc liberorum erga parentes officium commendaſſe. & vt ab hoc ipſo poeta non diſcedamus, extant & hi eius verſus hac de re,

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
Ὅδ᾽ ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.

item hic,

Βούλου γονεῖς προφόπιστον ἐν τιμαῖς ἔχειν.

Quid quòd extat inter eas *γνώμας μονοστίχους* quæ Menandri nomine circunferuntur, iambus conſonus iis ſacrarum literarum verbis quibus longum æuũ parentes honorantibus promittitur? Ita enim ille,

Ἱκανῶς βιώσῃς γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. Cui ſimilis eſt ille ibidem,

Ἔλπιζε, τιμῶν τοὺς γονεῖς, πράξειν καλῶς. Sed & ille quem Euripidi adſcribi dixi, inter eaſdem illas *μονοστίχους γνώμας* legitur, ſine vlla mutatione, niſi quòd pro *προφόπιστον* ibi habemus *πρὸ παντός*. ita enim ibi ſcriptus eſt,

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν. Alicubi verò hic idem verſus non Euripidi, nec Menandro, ſed Philemonis adſcriptus reperitur. Sed cuicũque adſcribatur, probat & ipſe quod modò dixi. Quæ quum ita ſint, illum verſum,

Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν, tanquam *γνήσιον*, cæteris inſerendum cenſeo.

V. *γαμεῖ τ᾽*] ita quidem Heruagiana editio, (quam & ipſam, quod ad paginarum numeros, ſequi me, in fronte vniuſcuiuſque tragœdiæ præmoneo) ita etiam alia Germanica omnium poſtrema. ſed in margine annotatur videri legendum *γαμεῖτ᾽* in imperatiuo, aut *γαμεῖν τ᾽*. Atqui ſi Aldina in conſilium

Digitized by Google

adhibita fuiſſet, dubitationem illam ſuſtuliſſet. habet enim γαμεῖν τ', quod typographico errore in illa Heruagiana deprauatum fuerat in γαμεῖ τ'. Quòd ſiquis aliam huius lectionis confirmationem quærit, ſciat eam Stobæi quoque teſtimonio comprobari.

V. εἰς τὸ ἔχατον] Stob. pro πεσόντες habet πλέοντες. at ego noſtram lectionem malo.

PAGINA XII.

V. μαίνεις] Repone ἀθροίσας pro ἀθρήσας. Mendum autem prorſus idem oſtendi ſuprà in Cyclope. p. 13.

PAGINA XIII.

V. οὐ γάρ τι] Accuſat. λόγοις malè occupauit ſedem nominatiui λόγος.

PAGINA XIIII.

V. πεδία] Scribe εἰς πάλ', vt habetur in vet. cod. Sic autẽ paulo pòſt πάλ' αὖ λέγοιμί σοι legitur in iiſdẽ. ſed hîc retineri etiam poteſt πόλ', at illic nequaquam.

V. ἐν ἀσφ.] In vet. cod. ἱδρύσεται, quod repone.

PAGINA XV.

V. χἀμοῦ] Scribendum potius χἀμοὶ, vt habent vet. codices. non enim dicere vult Nulla meæ mortis cura eſt aliis (quam ſententiam efficeret genitiuus) ſed Nulla mihi cura eſt mortis. id eſt, Minimè ſolicitam & anxiam reddit mors, impendens, vel Minimè grauis eſt mihi mors, niſi futurum ſit vt ex ea voluptatem hoſtes mei capiant.

PAGINA XVI.

V. ἀλλ' οἶδ'] Scribe potius ἅπασα, vt habent vet. codices.

PAGINA XVIII.

V. παῖδες] Hîc quoque manifeſtum eſt ſequendos eſſe vet. cod. habentes φωῦται.

V. ἀλλ' ἐκπ.] Præſens ἀλληπύω muta in futurum ἀλληπύσω, ex eorundem autoritate. de qua tamen

emendatione nemo alioqui dubitare poſſit, quum ſequatur αἰσχυνοῦμαι.

PAGINA XX.

V. ὥσπερ] Miror neminẽ id quod huic loco ſubeſt mendum animaduertiſſe, quum alioqui nemo ignoret primam verbi ἀρέσκω ſyllabam ſolere corripi. Fecit autem hic error non animaduerſus vt quidam parum conſentaneas expoſitiones quæſierint. Brodæus μηδὲν μᾶλλον ἀρέσκοισι γὰρ, exponit Nihil enim eſt in quo magis placere queant: nimirum intelligens μηδὲν dici pro κατὰ μηδέν. Sunt verò & qui parentheſi hæc incluſerint. At ego, quum menſura verſus omnino reiiciat illud ἀρέσκοισι, ideóque aliud verbum quærere neceſſe ſit quod in eius ſubſtituamus locum, lubẽter veterum codicum lectioni acquieſco, quæ eſt ἀρκέσοισι.

PAGINA XXI.

V. τὸν μὲν] Brod. pro ἀφ᾽ ὑψηλῶν reponendum putauit ἐφ᾽ ὑψηλῶν. at ego ἀφ᾽ ὑψηλῶν retineo: vt videlicet dicatur ἀφ᾽ ὑψηλῶν, βραχὺν ᾤκισεν, eo modo quo diceretur ἀπὸ μεγάλου πλούτου εἰς πενίαν μετέστησεν. Sed videtur Brodæus quũ voluit legere ἐφ᾽ ὑψηλῶν, ſubaudire etiam voluiſſe participium ὄντα, aut aliud huiuſmodi cum τὸν μὲν ἐφ᾽ ὑψηλῶν.

V. μὴ προσπ.] Repone μὴ προσπίτνῃς, vt in veteribus cod.

PAGINA XXII.

V. ὦ τέκνα] Vocatiuus γέρον mutandus eſt in nominatiuum γέρων.

V. ῥώμη] Ex τὸ σὸν faciendum eſt τόσον. Sic ſæpe & in ſoluta oratione τοσοῦτον vſurpatur.

PAGINA XXIII.

V. σὲ προσέλθε] Scribe σὺ προσέλθε.

V. σὺν σοὶ] Muta participium τέρψας in infinitiuũ τέρψαι, expungendo etiam interpunctionem poſt

συμφορά.

V.καὶ δὴ] Reponendũ eſſe πάξιων manifeſtũ eſt.

V.ἀλλ' εἶμι]In vet.hic verſus & ſequēs continuantur ſub perſona τῆς θεραπαίνης. ſed poſt εἶμι ponenda eſt interpunctio, & contrà tollenda poſt μέρος.

PAGINA XXV.

V.τύχη]Pro ὀξύλῳ in vet.ἰξύλῳ.annotatur verò & ἰγνύλῳ.

V.ἔπειγε]Repone λειφθείς.

PAGINA XXVI.

V.μελῶν]Scribendum eſt ἐμῇ χθονί. Paulo pòſt autem pro loco corrupto & obſcuro emendatum & apertum habituros nos exiſtimo ſi pro Ἄργος reponamus ἄλγος,tollendo στιγμὴν quæ eſt poſt illud nomen, & includendo parentheſi hæc verba Ζεύς μοι ξύμμαχος:vt λεύσιμον ἄλγος vocet lapidationem.

V.ἥκοντες] Scribe οὔτ' ἐμοῦ φανοῦνται.

PAGINA XXVIII.

V.ὅσ']In vet.cod.habetur λόγων.

V.πόσον] Scribe στεναγμόν. hanc enim ſcripturam & verſus & menſura verſus poſcit.

PAGINA XXXI.

V.θεός]In vet.ſcriptum eſt πός multo rectius.

PAGINA XXXII.

V.ἄελπτον] In vet.ἥκοντα. At Brod.hunc ex ἥκειν τυχεῖν ſenſum elicit,Quæ quidem res non minus inopinata eſt quàm hoc proſpero rerum ſucceſſu frui te poſſe incredibile olim exiſtimaſti.

V.δαίμων]Malo τύχαν, vt in vet.

PAGINA XXXIIII.

V.ἐχθροῦ]In vet.δυσμενῆ,non δυσφρονῆ.

PAGINA XXXV.

V.χρήζω]Scribe ἀχθοίμην,vt in vet.

V.πεσοῦσα] Vet.πιτυσμένος, & in verſu ſequente ἠρούμην.

IN HELENAM EVRIPIDIS, annotationes Henrici Stephani, in quibus de quorundam locorum emendationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exẽplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ reſpondet, Heruagianæ item, quæ prodijt anno M. D. XXXVII.

PAGINA III.

V. πάντως] Repone, ex veterum etiam codicum autoritate, μίμημ' ἔχεις, pro μίσημ' ἔχεις. Dico autem, ex illorum etiam autoritate, quòd Brodæus iam de hac lectione ex ſua coniectura admonuiſſet. Sed ita ille admonuerat, vt & μίσημα retineri poſſe exiſtimaret, exponendo videlicet Quàm odioſam formam Helenæ refers. At ego nõ dubito quin ſignificare hîc voluerit quod antea vocarat εἰκώ: & violentam eſſe expoſitionem cẽſeo, μίσημ' ἔχεις Ἑλένης, pro Odioſam formam Helenæ refers. quare lectionẽ veterum codicum planè ſequendã eſſe, altera reiecta, iudico.

PAGINA VII.

V. πυρὶ] Legendum cenſeo μέλουσαν vnico λ, vt dicat μέλουσαν πυρὶ quæ igne fiat, quaſi eius curam ignis ſuſceperit, atque adeo curam eius gerat.

V. νασ'] Exponit Brod. ἐπ' ἀλγέων, præ dolore. at ego in hac ſignificatione non ἐπ' ἀλγέων, ſed ὑπ' ἀλγέων, ſemper me legere memini, atque ita ſcribendum puto.

PAGINA VIII.

V. καὶ παῖ] In vet. cod. ὀλβιεῖς. annotatur autem &

Digitized by Google

tertia lectio ὀλβεῖς. ſed quin germana ſit lectio ὀλβιεῖς, minimè dubito.

PAGINA X.

V. πρὸς θεῶν] Quum Aldina editio habeat ὄμωι, quod perperam pro ὅμως poſitum eſſe, cuiuis manifeſtum eſſe poteſt, ex hoc manifeſto errore factus eſt error occultus in Heruagiana editione, videlicet ὄμοι. de quo alioqui admonere ſuperuacaneum exiſtimaſſem.

PAGINA XI.

V. θανεῖν] Optimam lectionem hîc afferunt vet. codices, iſtam videlicet, πῶς θάνοιμ' ἂν οὐν καλῶς, pro προθάνοιμ' ἂν οὐ καλῶς. At qui illam lectionem ignorantes, huic acquieſcere coacti fuerunt, verterunt, Honeſtè autem ante mori non queam, minimè de loco tanquam ſibi ſuſpecto admonentes: quum tamen, ſiquis præcedentia & ſequentia conſideret, deprehenſurus ſit minimè locum habere hîc poſſe compoſitum verbum προθάνοιμι. Brod. οὐ καλῶς ait intelligi, Laqueo vitam finiens. Sed quomodo, quum nondum illius generis mortis mentionem vllam fecerit? At verò vt legunt veteres cod. πῶς θάνοιμ' ἂν οὐν καλῶς, optimè procedit totius loci ſententia. quum enim certum eſſet Helenæ manus ſibi afferre, de eligendo mortis genere cogitans dicit, Quæ igitur mors honeſta mihi futura eſt? Quibus ſubiũgit, Fœda certè ſunt ſuſpendia. Perinde acſi diceret, Nequaquam certè hoc mortis genus deligendum mihi eſt. Ad hoc porro quod dicit ἀσχήμονας eſſe τὰς ἀγχόνας, pertinet id quod dixit ipſamet pag. 7, Λήδα δ' ἐν ἀγχόναις θάνατον ἔλαβεν αἰσχύνας' ἡμᾶς. Huc pertinet & quod apud Homerum legimus, Odyſſ. χ,

Μὴ μὲν δὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην
Τάων αἳ δὴ ἐμῇ κεφαλῇ κατ' ὀνείδεα χεῦαν. Vbi &

Euſtathius annotat,ſicut hæc mors habita fuit impura, ſic contrà puram habitam fuiſſe eorum qui ab enſe morerentur (vt loquitur quidam Latinus poeta) quod & ipſum cõuenit cum iis quæ hîc ſubiunguntur ab Helena, Σφαγαὶ δ' ἔχουσιν ἀγλαΐας τι καὶ καλόν.

V. σμικρὸν] Reponendum eſſe σμικρὸς liquet.

V. καὶ πάμπ.] Hîc autem πάμπαλιν ſcribi debere minimè obſcurum eſt.

PAGINA XII.

V. μὴ προσέμ.] Pro ἄλγηται, quod nihil ſignificat, ſcribe ἀλγέων, poſita tantùm hypoſtigme poſt hunc genitiuum.

V. τὸν ὑδρ.] Hîc quoque aſſentiẽdum eſt vet.cod. habentibus χλωρὸν, non χῦρον.

PAGINA XIII.

V. ἁ μορφᾶ] Brod. reponendum cenſet θηρᾶν pro θηρᾶν. quæ tamen ſcriptura ferri poteſt, Dorica dialecto, vt alibi βακχᾶν pro βακχῶν.

PAGINA XIIII.

V. πιθεὶς] Sunt qui πιθεὶς verterint Fidens, iungentes nimirum cum εἰς θεοὺς, vt ſit εἰς θεοὺς πιθεὶς, atque ita totum hunc locum reddentes, Vtinam tum quando extruxiſti epulas, fidens diis, vitam reliquiſſes inter deos. Alii autem ſic interpretati ſunt, Vtinam tunc quando conuiuio deos cõfidens ſuſcepiſti, vitam reliq. &c. At Brod. πιθεὶς vertit Paſſus grauiſſima. Ego verò πιθεὶς pro πεπονθὼς, ſeu παθὼν, id eſt Paſſus, nuſquam me legere memini, & ne hîc quidem ita interpretari auſim. At ex cæteris duabus ſi altera eligenda mihi eſſet, poſteriorem eligerem, quòd in priore præterquam quòd ſignificatio datur participio πιθεὶς quæ conuenit potius τῷ πεποιθὼς, conſtructio etiam planè inuſitata eſt, videlicet πιθεὶς εἰς θεοὺς, pro πιθεὶς θεοῖς. At his o-

Digitized by Google

mnibus incommodis medebūtur veteres codices, exhibēdo nobis ſuā hanc lectionem τριοδῖς. vt hic ſit ſenſus, O vtinam tu Pelops, quum ſectus ſuppeditabas diis epulum. quod tamen magis peculiari vocabulo hîc vocatur ἔρανος. Quàm bene autē huic loco lectio iſta conueniat, cognoſcet quiſquis fabulæ quæ de Pelope à poetis traditur, meminerit.

V. πύργους] Pro verbo χρήζω reponendum eſt participium χρήζων. ſequitur enim οὐκ ἀξιοῦμαι. Huiuſmodi autem mendum annotatum fuit ſuprà, in Bacchis, pag. 45, θιγγάνω pro θιγγάνων. At paulo pòſt legendum eſſe Λιβύης, manifeſtius eſt quàm vt admoneri lector debeat.

PAGINA XV.

V. Θῆβαι ſ] Pro ἐλήφθη ſcribi debet ἐλείφθη. qui error in multis autorum locis inuenitur, permutantibus ſuam ſedem duobus hiſce verbis. In ſequente autem verſu quin legendum ſit ἐφ' οἷς nemo dubitare poteſt.

V. ὄνομα] Pro ἤδη habemus in vet. τῆσδε, ſed quum ita legēdo imperfectus maneat verſus, crediderim potius ſic legi debere hunc verſum, Ὄνομα δὲ τῆσδε χώρας ἤδη καὶ λεών.

PAGINA XVI.

V. ὦ χραῖα] Aſſentior vet. codicibus, in quibus ſcriptū eſt ταῦτα πάντ' ἔπη. neque enim hîc illa repetitio nominis πάντα locum habere videtur.

PAGINA XIX.

V. τύμβου] Imperfectum eſſe hunc verſum neminem latere poteſt: at erit integer addendo ex vet. cod. verbum καλῶ poſt τύμβου.

PAGINA XXV.

V. ὦ θύγ.] Pro ἔφυ reponendum eſt ἔφυ, de qua emendatione & Brodæus doctiſſimè admonuit, quū alii contrà imperitiſſimè ἔφη retinentes, vertant ὡς

ἔφη,perinde acſi ſcriptum eſſet ὡς φασὶ,videlicet Vt ferunt.

V. πάλ'] In vet.cod. ἔχονθ' ὕβρικας. In vltimo autẽ huius paginæ verſu, καὶ τίς δέ πως,&c.quæ lectio cõtrouerſa eſſe non poteſt.

PAGINA XXVIII.

V. σὸν ἔργον] Non dubium eſt quin pro vocatiuo γυναι reponendus ſit nominatiuus γυνή, & interpungi debeat poſt σὸν ἔργον. Quòd ſiquis illi emendationi aſſentiri recuſat,at certè aſſentiri illum coget Plutarchus in libello de diſcernendo adulatore ab amico. ibi enim poſtquam dixit, ἀρχὴν δὲ φιλίας ἔφαμεν εἶναι τοῖς πλείστοις,τὴν ταυτὰ μὲν ἐπιτηδεύσας ἀσπαζομένην ἔθη καὶ ἤθη,τοῖς δὲ αὐτοῖς χαίρουσαν ἐπιτηδεύμασι καὶ πράγμασι καὶ διατριβαῖς ὁμοιοπαθῆ διάθεσίν τι καὶ φύσιν,ſubiungit,ἐφ' οἷς καὶ ταῦτα εἴρηται,

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει,
Παῖς παιδὶ· καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή.
Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι· καὶ δυσπραξία
Ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

Quo ex loco diſcimus etiam,Euripidem verba illa γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ ex prouerbiali verſu ſumpſiſſe. Pertinent autem hi verſus à Plutarcho citati ad prouerbium quo dicitur ſimile gaudere ſimili.

PAGINA XXIX.

V. κακοῖς] In veteribus cod.ſcriptum eſt ὑφ' ἕρμα.

PAGINA XXX.

V. θεῖον] Pro τιμήματος habent hîc iidem illi codices μιμήματος, ſicut ſuprà,videlicet pag.3 huius tragœdiæ,annotaui in iis legi μίμημ' pro μίσημ'.at Brodæus τιμήματος σοῦ στερηθεὶς exponit Facultatibus tuis ſpoliatus.

V. ὦ τλῆμον] Satis mirari nequeo quomodo quod ſubeſt huic verſui mendum deprehẽſum à Brodæo non fuerit. Quum autem id non deprehenderet,

hoc excogitauit effugium, vt πόνοις acciperetur pro εἰς τοὺς πόνους. ſed quanuis variæ præpoſitionum elleipſeis paſſim inueniantur, & quidem huius ipſius εἰς, haud ſcio tamen an hîc admitti poſſit. Præterea quorſum διαφυγὼν οἴκους diceretur? Sed nihil peccauit Brodæus, quum contextum nobis integrum relinquens, ſuam de huius loci expoſitione ſententiam protulit. At non idem de iis dici poteſt, quibus quũ faceſſeret negotium vulgata illa lectio, manus ipſi textui violentas (ne dicam ſacrilegas) attulerunt, οἴκους in οὐ σοὺς detorquentes. quum contrà minima cum mutatione mendoſa lectio in emendatam verti poſſet, pro οἴκους reponendo οἴους, aſſentientibus & vetuſtis codicibus.

PAGINA XXXIII.

V. οἶδ'] Pro ἀπολέσῃς legitur in vet. exempl. ἀποδώσῃς, ſicut præceſſit ἀπόδος. Brodæus quoque hanc eſſe veram lectionem ſuſpicatus eſt. At vulgata verſio retinẽs ἀπολέσῃς, reddit, Adimi ſines. quæ expoſitio minimè conſentaneum loco ſenſum habet.

V. ὦ δ' ἐς] Pro μή ποτ' αἰσθῇ repone μὴ πόθ' αἰσθῇ. Diuinauerat autem & hanc emendationem Brodæus.

PAGINA XXXIIII.

V. ἔχουσα] Mutandus eſt nominatiuus Μενέλεως in accuſatiuum Μενέλεων.

PAGINA XXXV.

V. ὡς οὖν] Scio παραιτῶ verbũ eſſe Græcum, quod paſſim occurrit: ſed multo melius conuenit huic loco περαίνω quod habent vetera exemplária. Brodæus de illo tacens, exponit μὴ μακράν, paucis verbis, & ſubiũngit ex Sophocle in Electra, Οὐ μὴ 'στι καιρὸς, μὴ μακρὰν βούλου λέγειν. & ex eiuſdem Trachiniis, Οὐκ οἶδα. καὶ γὰρ οὐκ ἀιστόρων μακράν. Sed huius ſignificationis aduerbii μακράν magis obuia ſunt ex-

Digitized by Google

empla quàm vt afferre neceſſe foret: quum autem obuia ſint itidem exempla iſtius vſus verbi περαίνω, vnicum proferam, quod eſt apud eundem poetam, videlicet in Medea, pag. 24, — πέραινέ μοι λόγον.

V. ἐξ ἀσεβ.] Pulcherrimè reſtituitur hic locus ex vet. cod. pro ἀσεβείας habētibus cōtrariū, videlicet δυσσεβείας, & νιν pro νῶν. Habet autem ἐξ ἀσεβείας aliquam καινοπρέπειαν pro ἐξ ἀσεβοῦς, hoc modo, εἰ ἔθημι αὐτὸν ὅσιον, id eſt ἀσεβῆ, ἐκ δυσσεβοῦς. id eſt, τὸν πρὶν ὄντα δυσσεβῆ ποιῶ ὅσιον. Niſi quis ἐκ δυσσεβείας ita exponat, (manente alioqui eodem ſenſu) μετὰ τὴν δυσσέβειαν ἣ ἐχρήσατο.

PAGINA XXXVIII.

V. ἐιπαῖσιν] Pro μελέαν vet. cod. habent μέλεον. de qua lectione & Brodæus admonuerat. Sed annotatur in vet. & alia lectio videlicet μελέων.

PAGINA XXXIX.

V. ἀλίμδμα] Repone δ' ὅρεια μέλεα.

V. ὅτι σὺ τὸ] Pro σὺ ſuſpicatus eſt Brod. reponi debere σὲ, haud ſcio quem ſenſum ex hoc loco ita emendato eliciens. Alio certè morbo laborare hunc verſum, ex vet. cod. diſcimus, in quibus eſt quidem ſyllaba συ, ſed iuncta cum το. ibi enim ſcriptum eſt σύτο: quod ego pro ἔσσυτο accipio. aptiſſimum autem huic loco eſſe, nemo (vt opinor) negauerit. Ab eodem eſt ἐπέσυτο, pag. proximè ſequente Διὸς ἐπέσυτο φλόξ. Sed in fine verſus ex iiſdē cod. ſcribe ἀπόπρο.

V. ὅτι] Scribe potius ὅ, τι, ſicut habent vet. cod. vt ſit nomen.

V. τί φῄς] In iiſdem ſcriptum eſt ἢ φαίη.

PAGINA XL.

V. πίχεα] Pro φλογερὸς in vet. habetur φλογμός.

V. ἐπὶ πάθεα] Pro verbo φέρεις reponi neceſſe eſt φέρουσ', vt ſit ἐπέσυτο φλὸξ φέρουσα. At Brodæus quum

illam

illam orationis ἀνακολουθίαν animaduerteret, quæ eſt legendo φέρεις, ad Helenam retulit, vt ſit, Affers ô Helena. Hinc autem contigit error, quòd quum φέρουσ' eſſet ſcriptum, aliquis apoſtrophi notam in fine huius vocabuli non animaduertẽs, in φέρεις id mutauit. In verſu autem proximè ſequente, Ἰλίοις idem Brod. vertit Ilienſibus: at ego lectionem illã ſuſpectam habeo.

PAGINA XLII.

V. τί δ' ἔς'] Repone τίς δ' ἔς'. id eſt τίς εἶ δυνάσται;

PAGINA XLV.

V. ζεύξασα] Pro σαπίναν alter codex habere videbatur σαγήναν, ſic tamen vt plenè perſpici non poſſet huius vocabuli ſcriptura. Ego σαπίναν mutare nolim, quum σαπῖναι teſte Heſychio ſint ἅμαξαι. quæ ſignificatio huic loco aptiſſima eſt, præſertim ſi cum Brodæo σαπίναν pro πρὸς τὴν σαπίναν accipiamus. At verò iſti loco qui ex Anacreonte citatur de quodam Artemone qui περιφόρητος cognominabatur, νῦν δ' ἐπιβαίνει σάτινά τε χρύσεα φορέων καὶ ἑρματα παῖς Κύκης, καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορεῖ γυναιξὶν αὔτως, iſti inquam loco alia quærenda eſt vocabuli σάτινα (ſi quidem mendo caret) expoſitio. Videtur certè aliquid fuiſſe quo ſe amicirent, aut quod geſtarent qui luxui deditι eſſent. Pro ἑρματα autem quod ibi ſubiungitur, ſuſpicor reponendũ ἕρματα, & quidem accipiendo pro ἐνώτια, quam etiam ſignificationem dat huic nomini Heſych.

V. μαστεύουσα] Affertur & alia lectio pro πόνους, videlicet πόρους, ſed ea mihi parum probatur. At in proximè ſequente verſu lego διεπέρα cum vet. cod. deinde σκοπιάς.

PAGINA XLVI.

V. δηίω] Repone δηοῖ ex vet. codicum autoritate.

V. τύμπανα] Scribe βυρσότονον pro τυρσότονον. In

m.i.

præcedente autem verſu rectius χαλκοῦ τ'.

V. ὤν οὐ] In vet. ὡς οὐ θέμις.

PAGINA XLVII.

V. παῖ τ'] Pro ὄρπακι repone ex vet. cod. πόρπακι, quod accõmodatiſſimam huic loco ſignificationẽ habet.

V. δύνουν] Pro κραπνὸν τι in iiſdẽ legitur κραπνοῦντα.

PAGINA XLIX.

V. οὐδὲν] Scribit μέλοι Brodæus, exponens, Id tantùm fortunæ curæ ſit. At ego non video quomodo genitiuus retineri poſſit: atque adeo eum muto in datiuum.

PAGINA L.

V. παρ'] In vet. cod. pro παρνάου ſcriptum eſt diſiũctim παρ' ναοῦ.

V. ἂς οὔπω] Repone γάμον.

V. οἰωνοί] Adde αἱ poſt ςοχάδες. Brodæus quoque particulam hanc deeſſe animaduertit, ſed eam antè νίσονται ponendam exiſtimauit. quod verbũ in vet. cod. duplici σ ſcriptum habetur.

PAGINA LI.

V. ὁπόταν αἱ] Me torſit aliquandiu hic locus, nõ inuenientem quò ferri poſſet aduerbium ὁπόταν. ſed tandem huius loci emendationem coniectura mihi aſſequutus videor: vt videlicet pro ὁπόταν αἱ reponatur ὦ ποτναί: Eſt autem hæc lectio ſenſui cõuenientiſſima, & ad quam non magna ſit mutatione opus.

V. βᾶτε] Habent vet. cod. πλειάδας. At Brod. πελειάδας ſcripſiſſe Euripidem exiſtimauit, id vſurpantẽ pro πλειάδας.

V. ἀρτώπαν] Scribendũ eſſe ἀρτώπαν manifeſtũ eſt.

V. ποιηθεῖσ'] In vet. cod. παῖς, & in ſeq. verſu οὐκ ἐλθούσαις. Adſcribitur autẽ & alia lectio, παῖ οὐκ ἐλθοῦσα.

PAGINA LIII.

V.ἄρ᾽]Scribe ὀλόμενον,vt in vet.Item ἀπόντα in ſequente verſu.

V.ὡς πλῆθος] Dubium nemini eſſe poteſt quin reponi debeat διεσωπώμεν,ex vet. cod. Nam διεσκοπώμεν nihil ſignificat.

V.καὶ ταῦτα]Non ταῦτα ſed πάντα habẽt iidẽ cod.

PAGINA LIIII.

V.λάθρι᾽] Non ὄρθρια ſed ὄργια legitur ibidẽ.quæ lectio magis mihi probatur.

V.πέμνων] Magna hîc mutatio, videlicet ex δαίμον᾽ in λαιμόν, ſi quidem vetuſtis codicibus credimus, vt certè credendum cenſeo.

PAGINA LVI.

V.εἰ μὴ] Repone ex iiſdem εἰς μὴ γὰρ αἰεὶ &c.

PAGINA LVII.

V.φρουρὸς] In iiſdem illis cod. legitur φρουρεῖ. At Brod. φρουρεῖν reponendum ſuſpicatus eſt.

IN EVRIPIDIS IONEM annotationes Henrici Stephani, in quibus de quorundam locorum emendationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exẽplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ reſpondet, Heruagianæ item, quæ prodijt anno M. D. XXXVII.

PAGINA I.

V. τῆς χρυσ.] Repone χρυσολόγχου ex vet. cod. At Brod. vel χρυσολόγχου, vel χρυσολόφου pro hoc χρυσολόχου poſſe reponi exiſtimabat, non animaduertens χρυσολόφου menſuræ verſus minimè conuenire.

V. ἀγνῶς ὃ] Annotatur ἀγνὼς, vt ſit nomen. ſed ἀγνῶς etiã (aduerbialiter videlicet poſitũ) inuenitur apud Phocyl. Μήτ᾽ ἐπιορκήσῃς, μήτ᾽ ἀγνῶς, μήτε ἑκοντί. Pro eo aũt quod hîc dicitur ἀγνῶς πατρὶ habes pag. 12, Λάθρα πατρός. nam πάρος ibi mendoſè poſitũ fuit pro πατρός.

V. γαστρὸς] Repone ὄγκον. Latini poetæ vocabulum onus hac in ſignif. vſurpant: Ouidius autem ὄγκον tribus expreſſit verbis, appellans onus grauidi ventris, libro 2 Am. elegia 13, Dum labefactat onus grauidi temeraria ventris.

V. φρουρᾷ] In vet. cod. φρουρὼ legitur, quam veram eſſe lectionem negare nemo queat, vt videlicet ſit dualis.

PAGINA II.

V. περάσων] Nõ σκύτος ſed κύτος in vet. quod malo. Sic autem & paulo pòſt ἀναπτύξας κύτος. Vocat autẽ

Digitized by Google

κώπος quod paulo antè ἄγγος.

PAGINA IIII.

V.ςόμα] In vet. ἀγαθῶν, & in verſu proximè ſequente μαντεύεσθαι. vt videlicet iungatur cum ἐθέλουσι.

PAGINA VI.

V.εἶθ᾽]Non ἀρὰ, ſed ἆρα in vet. quam ſcripturã ſequendam exiſtimo.

PAGINA VIII.

V.ὁρῶ]Huic loco præfigunt perſonam chori veteres codices. Nõ poſſe autem totum hunc locum ſub perſona Ionis continuari, oſtendit etiam repetitio perſonæ illius, ante hæc verba, οὐ θέμις ὦ ξένοι.

V.εἰ μὲν] Scribe ἐθύσατε, aſſentientibus & vet. exempl.

PAGINA IX.

V.οἴκοι] Non ἔχουσιν, ſed ἔχον habetur in vet. nec certè videtur ferri poſſe illa altera lectio.

PAGINA XI.

V.ἀδίκημα]Reponendum eſt του, ſcribendo enclíticè ἀδίκημά του. Sic autẽ τῆς & τῳ in fœmin. etiam genere pro τινὸς & τινὶ apud Sophoclem obſeruaui.

PAGINA XII.

V.λέγοις] Eſſe coniunctionem ἀλλὰ vertendam in nomen ἄλλα manifeſtum eſt.

V.καὶ π.]Pro πάρος ſcribe πατρὸς, aſſentientibus & vetuſtis cod. Pro eodem autem dixit ἁγνῶς πατρὶ, pag.1. Attulit certè & Brod. hanc emendationem ex coniectura.

V.ποίῳ] Scribendum ἔγνω, ſicut in proximè præcedente verſu habes ἐλπίζει, non ἐλπίζεις.

PAGINA XIII.

V.ἐν τοῖς] Hic verſus, ſicut & ſequentes, ſub perſona Ionis continuari debet. hîc enim redditur

ratio eius quod dictum fuit verſu proximè præcedente.

V. εἴ τις] Repone ἄκοντας, etiam ex vet. codicum autoritate, alioqui ipſa huius loci ſententia lectionem illam efflagitante. At contrà paulo pòſt ἄκοντα perperam hìc habetur pro ἀνόνητα, vt mox docebo.

V. ἂν γὰρ] Pro ἂν lubenter ſcripſerim ἂν. i. ἃ ἂν, vt habes apud Soph. in Aiace, p. 61 & 62,

Καὶ μὴ δοκῶμεν, δρῶντες ἂν ἡδώμεθα,
Οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἂν λυπώμεθα.

Inuenitur & aliud ſcripturæ genus in hac craſi, videlicet ἅ 'ν, vt in Electra, p. 122,

Τλῶναί σε δρᾶσαι ἅ 'ν σ' ἐγὼ παραινέσω. Quinetiam memini me & tertiam ſcripturam alicubi videre, iſtam videlicet, ἄν, quæ etiam impoſuit nonnullis. Cæterùm vt hìc ἂν mihi videri poſitum perperam pro ἂν admoneo, (ſiue quis ἅ 'ν, aut ἄν ſcribere malit) ita etiam in quodam Sophoclis loco perperam poſitum mihi videri, admonuit quædã ex meis in ipſum annotationibus. Sed hìc animaduertẽdum eſt, legendo ἂν, id eſt ἃ ἄν, verbum σπεύδωμεν eſſe μεταβατικόν. hæc enim eſt grammatica verborum ſtructura, κεκτήμεθα γὰρ τἀγαθὰ ἀνόνητα (nam hæc vox pro ἄκοντα reponi debet) ἃ ἂν σπεύδωμεν βίᾳ ἀκόντων θεῶν. id eſt, Poſſidemus enim inutilia bona, ea ad quæ contenderimus & quæ conſequuti fuerimus diis inuitis. Mirum autem videri non debet σπεύδω cũ accuſatiuo, quũ & in aliis pleriſque huius poetæ locis inueniatur, in quorũ vno dicit σπεύδω τὸν ἀγαθόν. Extat verò & in hac ipſa tragœdia exemplum talis vſus, videlicet pagina 16, τὰς ἡδονὰς σπεύδοντες. Sed & in ſoluta oratione receptus eſt hic verbi σπεύδω vſus. ita enim Thucydides libro 6, in principio pag. 201 meæ editionis, τάχα δ' ἂν ἴσως εἰ δίχα ἡμῶν τὴν δύναμιν λάβοιεν (ὅπερ νῦν

σπεύδομεν) καὶ πάνυ ἂν ξυνεπίθοιντο μετὰ Σικελιωτῶν. Et pag.211,circa medium, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, ἢ ἀμαθέστατοι ἐστὶ ὧν ἐγὼ οἶδα Ἑλλήνων &c. Vtitur autem & Plato.vt quum ſcribit in Gorgia,pag.415 Ald.editionis, καὶ ἐμὲ νῦν νόμισον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν. Manauit porro hic verbi σπεύδω vſus ab Homero,qui ſcripſit Odyſſeæ τ, Οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν, ἐγὼ δὲ δόλους τολυπεύω. Poteſt autem σπεύδω τοῦτο variis modis reddi, videlicet Ad hoc enitor, Hoc conor, vel In hoc incumbo. Poſſit verò reddi & verbo Propero ſeu Feſtino, adiuncto infinitiuo, vt Hoc facere propero, ſeu feſtino. Quin etiam ſine infinitiuo dicere poſſumus, Hoc propero, nam licet poetis Latinis Hoc propero ſignificet potius Properè hoc facio, quod tamen Horatius dixit Properare pecunias indigno hæredi, non malè cum hoc Euripideo genere loquendi σπεύδειν χρήματα conuenire videtur. Sed ego σπεύδομεν in illa mea interpretatione ita verti acſi eſſet σπεύσωμεν, quòd addatur κεκτήμεθα, (quod videlicet eſt pro κεκτήμεσθα, metri cauſa) non oporteat autem σπεύδειν ob ea quæ iam poſſidemus. Cæterùm ideo immoratus ſum diutius in exponendo hoc verbi σπεύδω vſu, quòd ſciam alios quoque locos ex eius ignoratione deprauatos fuiſſe. Hoc quoque addo, ſi βίᾳ iungatur cum θεῶν, tunc abundare ἀκόντων, quum βίᾳ θεῶν ſonet Inuitis diis: ſed poſſe etiam ita accipi vt ἀκόντων θεῶν ſit tanquam epexegeſis eius quod dixerit βίᾳ.

V. ἄκοντα] Non dubium eſt quin reponi debeat ἀνόνητα, (de qua emendatione admonui proximè præc.annot.) præſertim quum ſequatur ὠφελούμεθα, oppoſitum huic ἀνόνητα κεκτήμεθα. Adde ꝙ durū ſit, atque adeo planè inuſitatum, (vt quidem arbitror) rem aliquam dici poſſideri ἄκουσαν.

Digitized by Google

PAGINA XV.

V. ἤπι φιλοδῶρα] In vet.cod.legitur φυγοδῶρα pro φιλοδῶρα: viciſſim autem pro φυγεῖν, quod eſt pag.18, verſu 17, in illis ſcriptū eſt φιλεῖν, vt ibi docebo. Hîc certè vtraque lectio locum poſſe habere videtur.

V. μέλει] Apud Iuſtinum Martyrem in opuſculo περὶ μοναρχίας citantem hos verſus, pag.169, legitur, προσήκει μ' οὐδέν. quæ certè lectio conuenit cum eo quod præcedit, τί μοι μέλει.

V. προδίδωσι] Ante παῖδας legitur καὶ in vet. ſine qua particula ſtare nequit verſus: aut niſi legamus ἐκτεκνούμενος, vt apud Iuſtinum ſcriptum eſt. Sed in proximè præcedente verſu nō dubium eſt quin poſt παῖδα collocari στιγμὴ debeat.

V. θνήσκοντας] Apud Iuſtinum ἀμέλει iungitur cū θνήσκοντας. quæ certè lectio ferri nō poteſt. ſed quid ſi ἀμέλει in ἀμελεῖ mutemus, & accuſatiuū pro genitiuo poſitum dicamus? Alioqui retinēdo ἀμέλει μὴ σύ γ', longè ſecus exponendum cenſeo quàm exponat Brodæus. vult enim ἀμέλει eſſe imperatiui modi, vt ſemet alloquens Ion dicat, Tu verò eos ne neglexeris. At vulgata interpretatio huius loci eſt huiuſmodi vt in ea vix vlla interpretationis appareant veſtigia. hæc enim verba, — ἀμέλει μὴ σύ γ'. ἀλλ' ἐπεὶ κρατεῖς, Ἀρετὰς δίωκε, in ea ita redduntur, Te verò ſinam. imò, ſi quidem cauſa es potior, perſequere ac vrge ius tuum. Atqui potéſtne quiſquā mortaliū linguæ Græcæ vel mediocriter peritꝰ ſibi perſuadere, hæc verba, ἀμέλει μὴ σύ γ', idem quod Latinis, Te verò ſinam, ſignificare? aut ἀρετὰς δίωκε ſignificare, Perſequere ac vrge ius tuū? Sed indigna fortaſſis eſt tam inepta támque ignorantiæ craſſiſſimæ plena interpretatio, cuius hîc mentio fiat. Quum autem ne Brodæus quidem mihi ſatiſfaciat, dicam quod ſentio de huius loci

Digitized by Google

ſenſu: ἀμέλει videlicet aduerbium eſſe, & poſt μὴ σύγε ſubaudiri πράξῃς τοιαῦτα, aut tale quid. Sic autē ſæpe ponitur μὴ, ſubaudito aliquo ſubiūctiui modi verbo. At κρατεῖς videtur accipi poſſe pro κράτος ἔχεις.

V. ἀρετὰς] Malim — ὅστις αὖ βροτῶν κακὸς πεφύκῃ, vt apud Iuſtinum legitur.

V. χράναντας] Pro ἀνομίαν legitur ἀδικίας apud Stobæum, eodem ſenſu.

V. εἰ δ᾽ οὐ γὰρ] In vet. eſt λόγῳ, non λοιπῷ. Quam lectionem habet & Iuſtinus, itémque κεχρήσομαι pro ἂν χρήσομαι. Brodæus autem λοιπῷ retinens, hunc locum ita exponit, Nam ſi liceret, ego vos caſtigarē, ac punirem. veniam equidem vobis haud daturus eſſem. quod mihi quoniam integrum non eſt, eo ſanè quod ſupereſt vtar. Sed hoc quoque ſciendū eſt, legi apud eundem Iuſtinum, εἰ δ᾽ οὐ πάρεστι, pro εἰ δ᾽ οὐ γὰρ ἔσται.

PAGINA XVI.

V. ναοὺς] At Iuſtinus (id eſt typographica Iuſtini editio) verſum hunc ita ſcriptum habet, Ναὶ οἱ στένοντες ἀδικίας κινώσατε. quam lectionem planè mendoſam eſſe, nemo (vt opinor) negauerit. Noſtra autē, ex qua illa deprauata fuiſſe videtur, atque adeo cuius retinere veſtigia manifeſtum eſt, ſenſum obſcurum habet. Brodæus certè eius expoſitionem planè alienam afferre videtur, ſcribens in hæc verba, ναοὺς τίνοντες, Neptunus ædes ſacras terræmotu labefactat, Iupiter eos fulmine icit. Et in verbū κινώσετε annotans, Vos interim ſceleratos nullo punitis ſupplicio, ſed eorum delicta, tanquam rem vanam, egregiè contemnitis. Atqui, vt cætera omittā quæ huic expoſitioni refragantur, τίνειν pro τινάσσειν accipiendum foret: (quam ſignificationem Brod. verbo illi dediſſe puto, μνημονικῷ ἁμαρτήματι) deinde κινεῖν interpretādū nouo modo eſſet. Ego igitur ab

illo diſcedens,ita hunc locum accipio vt dicat Ion κινώσετε δὲ ναοὺς, τίνοντες ἀδικίας, pro Templa veſtra vacua reddetis(i.vacua habebitis)pœnas veſtris ſceleribus debitas luentes.

V.τὰς ἡδονὰς] Apud Iuſtinũ non πάρος ſed πέρας habetur. at ego non dubito quin πάρος germana ſit lectio, vt dicatur σπεύδοντες τὰς ἡδονὰς πάρος τῆς ἡδονῆς, pro πρόσθεν τῆς ἡδονῆς, vt dicitur πρόσθεν ποιεῖσθαι interdum pro eo quod Latini dicunt Anteponere ſeu Anteferre. Talem autem aduerbii πάρος vſum habes & pag.proximè ſequente, Ἐμοὶ μὲν πλούτου τε πάρος Βασιλικῶν θαλάμων τ' εἶεν Τροφαὶ κήδειοι τέκνων. De σπεύδω autem habente accuſatiuum dixi paulo antè.hîc certè σπεύδοντες τὰς ἡδ.&c.expoſuerim Maiore ſtudio incumbentes in voluptates quàm in prouidentiam.

V.λέξειν]In vet.cod.habetur κακά: at verò apud Iuſtinũ καλὰ,ſicut & hîc. quod agnoſcit & Brod. τὰ τῶν θεῶν καλὰ exponens Crimina quæ tamẽ pulchra cenſent & honeſta. Sed ego lectionem illam κακὰ ſequi malim,vt ſimpliciorem,&in qua velut alludatur ad κακῶς λέξειν.

V.μιμούμεθα] Habet Iuſtinus διδάξαντας,codẽ ſenſu.

V.ἀκίνητον] In vet. cod.ἀκίνητος ἀφορμά. At Brod. vult ἀκίνητον ἀφορμὰν per appoſitionem vocari firmiſſimum liberorum præſidium.

PAGINA XVII.

V.μυχοὶ]In vno ex vet.θυσί non δαισί. At Brod. δαισί retinens,exponit Epulis,Sacrificiis: & in μακραῖς dicit alludi ad locum Macræ.

V.ἀγραύλου]Legitur ἄγραυλοι in vet.quam lectionem alteri antepono.

ἰαχαῖς]Non ὕμνων ſed ὕμνον ſcriptum habent vet. exempl. atque ita ſcripſiſſe Euripidem exiſtimo,

vt videlicet iungatur ὕμνον cum συρίζεις.

PAGINA XVIII.

V.θυοδ.]Repone ἔχουσαι,vt habent vet.cod.

V.σωφρονῶ] Suprà,videlicet pag.15,annotaui ex vet.cod.φυγοῦσα pro φιλοῦσα, at hîc viciſſim ex iiſdē annoto φιλεῖν pro φυγεῖν. ſed illic non puto neceſſe lectionem noſtram mutare: at hîc contrà pro φυγεῖν reponere φιλεῖν cogimur, quum id quod hîc dicitur, referatur ad illa verba, δὸς χερὸς φίλημά μοι σῆς. At verò in Brodæi annotationibus φυγεῖς reſtituitur pro φυγεῖν.ſed illud ipſum à typographo deprauatum reſtitutione indiget, & quidem quam coniectura non facile ſit aſſequi. nam φυγεῖς quidē nihil poſſe ſignificare conſtat,ſed in φυγεῖν mutandum eſſe nemo dixerit,(alioqui enim φυγεῖν reſtitueretur pro φυγεῖν) nec in φυγεῖς mutatum,conuenire præſenti loco poſſit. At φιλεῖν in φυγεῖς(quod valde remotum eſt)deprauatum à typographo fuiſſe,minimè eſt veriſimile.

PAGINA XX.

V.τῷ χρόνῳ]In vet.legitur συμβέβηκας. ego vtrãque lectionem ferri poſſe exiſtimo.

V.ἔμφρον']Repone κάτοχον pro κάποικον. omnino enim aliena eſt ab hoc loco vox iſta κάποικον:at ἔμφρον' & κάτοχον opponi ſcimus. Brodæus quoque hoc vocabulum ex coniectura repoſuit, interpretans Numine Bacchi afflatum. At illa editio cuius antea ſæpe facta fuit à me mentio, ne hîc quidem ſuæ væſanæ audaciæ oblita, quum κάποικον videret nullum hîc locum habere,κάποινον pro eo in contextum intruſit,exponens Vino obrutum.

PAGINA XXI.

V.ὦ τέκνον] Præfigēda eſt huic loco perſona Xuthi,vt præfixam habent vet.cod.

Digitized by Google

V. ἀλλ' ἐκλιπεῖν] Licet & in Ald. editione & in priore illa Germanica legatur ἀλπνίαν, vt debere legi manifeſtum eſt, poſterior tamē in contextu habet ἀλήθειαν, ſed margini alterā lectionē adſcribēs, tanquam coniecturam ſcilicet. Habes porro in Heracl. p. 18, ἀλπνεύω, vnde eſt hoc verbale ἀλπνία.

PAGINA XXII.

V. μηδὲν] Imperfectū eſſe hunc verſum manifeſtū eſt, ſed quomodo expleri poſſit, id verò obſcurū. Brod. μηδὲν & οὐδὲν exp. Nullius omnino pretii, nō malè ſēſum exprimēs. Hinc autē ſumpſit quidā hūc pentametrū, Οὐδὲν καὶ μηδὲν τῶν μερόπων τὸ γένος.

V. οὐχ ἥσυχ.] In vet. cod. ψόφου, nō φόβου. in qua lectione ſequendos eos puto, vt ψόφου dicat ea in ſignif. qua dixit pag. ſequente οὐ φιλῶ ψόφους κλύειν.

V. τυραννίδ.] Apud Stobæum legitur τῆς πάλαι θρυλλουμένης pro τῆς μάτην αἰνουμένης. ego lubēter lectionē noſtram retinuerim, quam & ſequens, hos verſus ita quondam interpretatus ſum,

Quæ ſolita iam olim eſt laudibus multis vehi
Vultu tyrannis eſt quidem lætiſſimo,
Intus dolores ſed fouet grauiſſimos.
Nam quî beatus eſſe, quî felix poteſt,
Suſpecta cui ſunt, plena cui metu omnia?
Plebeius eſſe, non tyrannus expeto,
Dum proſpera vti ſorte contingat mihi.
Tyranno amici nanque ſunt viri improbi,
Probos at odit, à quibus necem timet.

Sed quoniam in verſu quarto pro περιβλέπτων βίον (quod mihi ſemper ſuſpectum fuit) comperi legi περιβλέπτων βίαν, poterit & verſus meæ interpretationis huic reſpondens ita mutari,

Qui ſemper à vi metuit, & ſemper pauet.

Sed pro περιβλέπτων in eodē Stobæo legitur περιβλέπτων.

V. ὅστις] Pro βίον legi in vet. βίαν, admonui in proximè præc. annotatione. quod magis probo.

Digitized by Google

V.πλυπῖν] Pro ψόφοις Brod. admonet legi etiã ψόγοις. Sed ψόφοις lubens retineo, quũ ſequatur ἰδή ἐχθν πόνοις, ſicut videlicet dixit p. proximè præc. ἐν πόλει ψόφυ πλέα, vt quidem habent vet. cod.

V.ὑπηρ.] In vet. eſt ὑπηρέτιω, & οὐ γρώμθμος. At in verſu proximè præc. Brod. pro γόοισιν legit νόοισιν, exponens, Deorum mentibus interpretandis.

PAGINA XXIIII.

V.πόσιν] Repone ἴδη ex vet. cod.

PAGINA XXV.

V.τίς οὐ] In vet. cod. ζωνήσεται.

V.πόσις] Repone ex vet. ἄπτις.

V.ὄλοιτ'] In vet. non ὠ legitur, ſed ὁ.

PAGINA XXVI.

V.ἴνα] Reponendum eſſe ἀμφιπύροις, liquet.

σωῦ τοῖς] Stob. habet φίλοισι pro φίλοις γάρ.

V.ἂ μή] Apud Stob. hic verſus ita legitur, Εἰ δ' ἄρα συμβαίνοι τι δυσχερὲς ἔργον. Sed in hac lectione mẽſura verſus non conſtat: at in noſtra, prima verba fuerint includenda parẽtheſi, & particula τι iungenda cũ εἴη: perinde acſi ita dictũ eſſet, εἰδέ τι τυγχάνοι κακὸν (ἂ μὴ γένοιτο) γλυκὺ ἐστὶν εἰσβλέψαι. Niſi fortè ὁ potius legi debet. Citatur autẽ poſterior verſus à Plut. cum ἐμβλέψαι, ſi bene memini, ſed eodem ſenſu.

V.ἔπου] Repone πόθης ex vet. cod.

PAGINA XXVII.

V.συμφ.] Pro βίοτον ſcribẽdũ eſt ἀβίωτον, & συμφοραῖς.

PAGINA XXIX.

V.κοινῇ] Pro παῖδα vet. δαῖτα, Brod. πόδα.

PAGINA XXX.

V.οἷ σωτ.] Vet. μηχαναῖς. & in verſu proximè ſeq. χρηστὸν ἂν λαβεῖν.

V.γυναικός] In vet. ἄγων, non ἄγειν.

PAGINA XXXIII.

V.οὐχ ἤρκεσ'] Repone ᾅδου pro αἰδοῖς. Sic Homerus αἴδαο δόμοισι.

PAGINA XXXV.

V.ταύτης]Pro Ἀθάνας habent Ἀθάναν vet.codic. quo legere modo neceſſe eſt,quum nimis durum ſit,ad retinendum genitiuum Ἀθάνας, interpretari ἔχειν,eſſe.

V.ἰαχῶ] In vet.ἔχοιντ' ἂν τίνα. ſed fuerit ἔχοιντ' ἂν pro ἔχοιεν ἂν,quod certè rarum eſt.

V.πῶς]Pro δέρος in vet.legitur δῶρον.

PAGINA XXXVI.

V.καὶ σόν γε]Pro λαβεῖν in iiſdem habetur λαθεῖν. quæ vera eſt lectio.

PAGINA XXXVIII.

V.παλίμφαος] Pro παλίμφαος,aut παλίμφατος,aut παλίμφαμος reponendum puto.

PAGINA XXXIX.

V.ἔφθη]Vetera ſequor exempl.in quibus legitur ὤφθη. At Brod.ἔφθη retinens,exponit, Quo pacto aſtutiis noſtris obuiam itum eſt.

V.ἐξέβυρεν] Repone μιανθῆναι, ex vet.etiam codicum autoritate: quod iam Brodæus ex coniectura repoſuerat.

V.πεπυσμ.]Scribe ἡμᾶς pro ὑμᾶς.

V.λέξας]Pro ἀμφήρης reponi debere ἀμφήρεις manifeſtum eſt:ſed quid pro μὲν reponi debeat, vt plenus ſit verſus, id verò in dubio manet.

PAGINA XL.

V.ἄρκτος]Repone χρυσήρει πόλῳ.Sed & οὐραῖα ſcribe cum circunflexo.

PAGINA XLI.

V.σπείραις]Lego σπείρας,vt habent vet.cod. Brodæus tamen σπείραις legens, exponit σπείραις συνειλίσσοντ', ſpiris inuolutum. Sed hunc vocis actiuæ συνειλίσσειν vſum pro paſſiua συνειλίσσεσθαι, exemplo carere puto.

V.ἔστι]Scribe συνδείπνοις coniunctim.

V.ἐπὶ] In vet.cod.ἐπὶ δ' ἐς ἄλλους. At Brodæus αὐλοὺς retinens, exponit, Poſtquā verò intromiſſi ſunt tibicines. Idem in verſu proximè ſequente κρατῆρα καινὸν dictum putat de capaciore, quum in iiſdem illis vet.libris ſcriptum ſit κενόν.

V.ἰὼ δὴ] Scribendum eſt μόχθος: vt ſit ἰὼ μόχθος φερόντων pro ἐμόχθουν φέροντες.

PAGINA XLII.

V.θνήσκουσα] Repone ἀσπαίρουσα, non ſtante alioqui verſu.

V.ὤφθη] Paulo antè pro ἔφθη in vet.cod.legi ὤφθη admonui, hîc vice verſa ἔφθη pro ὤφθη legi admoneo, quam tamen lectionem noſtræ haud libens permutauerim.

PAGINA XLIII.

V.σπονδὰς] Pro θοὰς habent vet.cod. χοάς. at Brodæus θοὰς mutat in θοᾶς, cui aſſentior.

V.οὐκ ἔστι] Repone hîc quoque λαθεῖν pro λαβεῖν. Dico autem, hîc quoque, quoniam & ſuprà (videlicet pag.36) eandem emendationem attuli.

V.ἤ ποτ] In vet.non μέλει, ſed μέλλει ſcriptum eſt.

V.πυθίῳ] Reponendum puto πυθία.

PAGINA XLIIII.

V.ποῖ] Lego κακῶν pro ἄκων, vt habent vet.codices. At Brodæus ἄκων retinēs exponit, Ex hoſtium gladiis vix ſum elapſa. & ſubiungit, ad confirmationem illius ſuæ expoſitionis, ex Heſychio, ἄκη, αἰχμὴ σιδήρου. Verùm apud Heſych.nō ἄκη ſed ἀκὴ legitur, vt etiā legi debet. ab vtrolibet autē nominatiuo ſcribēdū eſſet ἀκῶν, nō ἄκων. ſcribendum eſſet inquā: ſed vſus huius genitiui exemplum deſidero.

V.ἢ πλῆμα] Repone ἔφυ pro ἔφη. quam emendationem habuiſti & ſuprà, videlicet in Helene, pag. 25, verſu 1.

Digitized by Google

PAGINA XLVII.

V.ἐνθάδε] Pro κέκρυπται habent vet.cod. κέκρυψαι, quos ſequor.

PAGINA XLVIII.

V.ἢ νεῶ]In vet.cod.ſcriptum eſt οἴσω,quod malim.aſſentiens & Brodæo,hanc lectionem ex coniectura afferenti.

V.πολεμῶ]Repone ὅς γ' ἴσωσέ μοι. nam cũ altera lectione non ſtat verſus.

V.καὶ σω]Rectè (meo quidẽ iudicio) σινδὼν à Brodæo ſcribitur,exponente Faſciæ, Ligamina.

PAGINA XLIX.

V.δώρημ'] Repone ἢ πῦρ'.

V.τί δρᾶν] Pro χρυσώμα, quod exponitur Aurea crepundia,vet.codices habent χρυσώματα.

PAGINA L.

V.ἰὼ πρὸς τ'] Repone σκόπελος, aſſentientibus & vet.exempl.

PAGINA LI.

V.λέγ']Scribe κεδνόν,& poſt λέγ' interpunge. nã ὡς pro Nam accipi manifeſtum eſt.

PAGINA LIII.

V.ἔπειτα]Non προσπθεὶς ſed προσπθῇς habẽt vet. cod.de qua lectione minimè dubito.Sed illa ἐγγινέ) νοσήματ' in proximè præc.verſu ſuſpecta mihi ſũt.

PAGINA LIIII.

V.δίδωσι] Pro οὔ φασί σε repone ex vet.ὑ φύσασι σε. Iidem verò κομίζεις non νομίζεις habent in proximè ſequente verſu.

PAGINA LV.

V.κεῖνο]Pro κέκλησθε repone infinitiuum κεκλῆσθαι.

V.ἀδαίμον]Non ἡμῖν ſed ὑμῖν legi debere manifeſtum eſt.

IN EVR.

Digitized by Google

IN EVRIPIDIS HERCVLEM furentem, annotationes Hērici Steph. in quibus de quorundam locorum emēdationibus agitur, quæ partim ex duobus vetuſtiſſimis exēplaribus, partim ex eius coniectura petitæ ſunt.

Paginarum numerus editioni Aldinæ reſpondet, Heruagianæ item, quæ prodijt anno M. D. XXXVII.

PAGINA II.

V. τῆς Ἡρακλ.] Pro ἐξελθεῖν reponendum eſt ἐξελεῖν, id eſt Profligare, Perdere. Idem verbum de vrbis excidio dicitur pag. 3. — Ταφίων ὅς πότ' ἐξεῖλες πόλιν. At quidam alteri lectioni acquieſcentes, conati ſunt ἐξελθεῖν facere μεταβατικὸν, pro Eiicere, ſed fruſtra.

V. κτανών] Pro ὡς repone ὅπως, idem quidem ſignificans, ſed plenum verſum reddens, quem non explet ὡς.

V. φίλων] Pro σαφοῖς quidam repoſuerunt σοφοῖς, quidam σαφῶς: illi omnino malè, hi non ſat rectè. non σαφῶς enim ſed σαφεῖς legendum eſt, aſtipulantibus & vet. libris. Ennius itidem certum amicum dixit in hoc prouerbiali ſenario, Amicus certus in re incerta cernitur. Eſt autem è Græco verſo tranſlatus, in quo pro In re incerta legitur ἐν τοῖς ἀγνοῖς, at pro Amicus certus, itidem σαφὴς φίλος, ſi bene memini.

PAGINA III.

V. τύχοι] Mauult Brodæus legere ἔλεγχος, afferens ex Euſtathio, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι καθάπερ ὁ σκότος καὶ τὸ σκότος ἐν ὁμοίᾳ καταλήξει, οὕτω καὶ

ὁ ἔλεγχος καὶ τὸ ἔλεγχος.

V.ὡς οὕνεχ'] Scribe ὅς οὕνεχ' ὄλβου, vt habent vet. cod. ſicut & μακραί.

V.οἱ δ' εἰς] Pro ἄλλης repone ἄλλος.

PAGINA IIII.

V.ἐξίσταται] Apud Stobæum, citantem hæc in capite περὶ ἐλπίδος, legitur μεθίσταται pro ἐξίσταται.

PAGINA V.

V.βάρος] In vet.cod. κώλου. Dixit autẽ paulo antè βαρύ τε κῶλον. At Brod. πώλου τ' ἐξηλάτοιο exponit Equi currum trahentis.

V.τὸ πάρος] In vet. legitur τοῦ πάρος.

PAGINA VIII.

V.ὅταν] Muta μεταβαλὼν in μεταβαλὸν, vt ſit ὅταν πνεῦμα θεοῦ μεταβαλὸν τύχῃ. i. μεταβάλῃ.

PAGINA IX.

V.βωμῶν] Repone βωμὸν, qui accuſatiuus regetur à πέριξ.

V.ὦ γῆς] In vet. tribuuntur choro hæc verba, vt & tribui debent.

V.οὐ σκῆπτρα] Pro ὀείσματα nemo negauerit ſcribendum eſſe ἐρείσματα, vt habent vet. codices. Vocātur autem ſceptra ἐρείσματα χειρὸς tanquam ἐτυμολογικῶς, quum σκῆπτρον ſit à σκήπτομαι, ſicut ἔρεισμα ab ἐρείδομαι idem ſignificante.

V.ἔξεις] Scribe ἀπέῤῥων. Exponit autem ἄπεῤῥε Heſych. ἀποφθείρου, & πορεύου μετὰ φθορᾶς. quæ poſterior ſignificatio aptior eſt huic loco.

PAGINA X.

V.ὡς τοῖς δὲ] Non malè fortaſſe & ὃς legeretur.

V.κάμνοισι] Valde mihi placet αἰσχροῖσι, quod legitur in vet. pro ἐχθροῖσι. At Brod. κάμνοισι τοῖς ἐχθροῖσι vertit Ab hoſtibus malè audiunt, dedecus & infamiam ſuſtinent.

Digitized by Google

PAGINA XI.

V.ῥᾷον]In vet.cod.pro πλοῖς legitur τύχοις.quam lectionem vt germanam ſequendam eſſe dico: vt hæc ſit grammatica orationis ſtructura, ῥᾷον γὰρ αἰ τύχοις αἰδοῦς, ὑπολαβὼν φίλα. id eſt ῥᾷον γὰρ ἐκεῖνοι αἰδέσονταί σε, ἐὰν ὑπολάβῃς φίλα. accipiendo videlicet verbum αἰδεῖσθαι eo ſenſu quo accipitur ab Homero, tum præſertim quum verbo ἐλεεῖν iungitur. vt Iliados φ, Γουνοῦμαί σ' Ἀχιλεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον. Et eiuſdem Iliad. ω, — οὔ σ' ἐλεήσει, Οὐδέ τί σ' αἰδέσεται. Item Odyſſ. ξ, — οὐ γὰρ τοὔνεκ' ἐγώ σ' αἰδέσομαι, οὐδ' ἐλεήσω. Sed & illud ipſum loquendi genus αἰδοῦς τυγχάνει, apud Xenophontem habetur, Pædiæ lib.1, in princ. pag. 17 meæ editionis, ἐκ τούτου ἂν μᾶλλον καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων αἰδοῦς τύχῃ. At Brod. lectionē hanc ignorans, quam ex vet. exempl. affero, & alteram ſequens, nullam aliam exponendi hunc locū inuenit viam, quàm αἰδοῦς accipiendo pro δι' αἰδοῦς, vel μετ' αἰδοῦς, hoc modo, Cum pudore ac verecundia ſi reſpondeas, quæ voles efficies. Alii autē multo etiam violentiorem loci huius expoſitionē cōmenti ſunt, hanc videlicet, Facilius enim, pudorem retinendo, grata perficere poſſis, & quæ te delectent. Vel, Optatis potiri. Nam αἰδοῦς ὑπολαμβάνειν pro Pudorem retinere, vbi vnquam auditū eſt? Quòd ſi etiam genitiuus αἰδοῦς cum illo verbo id ſignificare poſſet, quomodo hæc ſententia conuenire loco poſſet? At contrà ex illa vet. codicum lectione, appoſitiſſima huic loco ſentētia elicitur, nimirum hæc, Non oportet fugere & reformidare inimicitias eius cuius agreſtes ſunt mores, & eius iram conari blandis lenire verbis: at contrà cedēdum eſt illis qui prudentia valent, ac bene ſunt educati. nam facilius tibi cōtinget vt illi aliquam tui rationem habeant, (vel magis ad verbum, Te

Digitized by Google

reuereantur) ſi blandis eos verbis compelles. Fateor tamen illud φθόγγην ſuſpicione non carere apud me.

PAGINA XI.

V. ἐν ἡμῖν] Additur in vet. copula quæ neceſſaria eſt. legitur enim ibi, ἐν τ' ἡμῖν.

V. κεντεῖν] Admonet & alterius lectionis Brod. videlicet πίτραν, vt ἱέναι ſit eiicere.

PAGINA XII.

V. κόσμον] Repone παγοὶ ex vet. nam hæc emendatio controuerſia caret.

V. παῖ καλλίφθιτον] Vertit Brod. καλλίφθιτον (quod typographus deprauauit in καλλίφιτον) Pulchrè deſinentem, Bellè ſonum terminantem. At verò alii καλλίφθιτον ſunt interpretati Corruptioni obnoxiam, Mortali forma præditam. Atqui mendoſam eſſe hanc lectionem, in mentem illis venire debuerat, etiamſi alioqui emendatam aſſequi coniectura nequibant. quæ emendata lectio eſt καλλίφθογγον, ſequendo vnum exemplar: at ſequendo alterum, καλλίνικον. ſed priorem illam huic poſteriori antepono.

PAGINA XIII.

V. πυρσῷ] In vet. πυρσοῦ. At Brod. cum πυρσῷ ita exponit hunc locum, Ac fulua leonis pelle amictus eſt, quum hiantis beſtiæ caput in tergum retorſiſſet.

V. κτείνας] Repone θηροφόνον θεάν: de qua emendatione dicetur & in proximè ſequente annotatione.

V. οἰνόα πίν] Hic operæpretium eſt conſiderare quàm ſint periculoſæ coniecturæ in iis etiam locis in quibus optimos coniectores nos fuiſſe veriſimile eſt. Siquidem quum οἰνόα nihil ſignificaret, ſtatim ad οἰνέα plerique omnes mentem ſeu mentis ſuæ diuinationem conuerterunt: & quidē Brod.

Digitized by Google

inter alios, cuius hæc ſunt verba, Pro οἰνόα reſtitue οἰνέα. Œneus filiam Deianiram ea conditione Herculi deſpondit, vt Acheloum paſſim inundantem, ob idque agris ſuis nocentem, in alueum cogeret, atque aggeribus muniret. Quo ab eo confecto negotio, credibile eſt Œneum ingenti gaudio affectum. Atqui hoc quid aliud eſt quàm diuinationẽ diuinationi addere? ſeu diuinationem diuinatione confirmare? Quũ contrà Stephanus & Heſych. nullam hic Œnei mentionem fieri nos doceant, vtpote in quorũ monumẽtis Οἰνωάτιν Ἄρτεμιν legamus. Nam Stephanus poſtquã dixit Οἴνην eſſe πόλιν Ἄργους, & τὸ ἐθνικὸν eſſe Οἰναῖος, ſubiungit cum alia, tum hoc, καὶ θηλυκὸν Οἰνωάτις Ἄρτεμις, ἡ ἐν Οἴνῃ τῆς Ἀργείας ἱδρυμένη ὑπὸ Προίτου. (nam vulgata editio malè ἡ ἐν νόῃ) At Heſychius ſcribit Οἰνωάτιν Ἄρτεμιν, τὴν ἐν Οἴνῃ τῆς Ἀργείας. vbi minimè dubium eſt quin deſit τιμωμένην aut tale quid. Cæterùm hæc emendatio confirmat & illam verſus præcedentis, θηροφόνον θεάν. quum contrà alii θεᾶν retinentes, & θηροφόρον, interpretentur Spectaculum venatorium.

PAGINA XIIII.

V. καθ' αἷμα] Repone κάθαιμα coniunctim, ſicut & verbũ καθαιματώσεθ' habuiſti in hac ipſa tragœdia, pag. 9.

V. μοναῖσιν] Repone ἀνδροβρῶσι.

PAGINA XV.

V. πολύφ.] Sequor vet. in quibus legitur πολύφονον.

V. ἀλλ'] Pro φθιμένον reponendum eſſe φθιμένων oſtendit accentus in illa alioqui deprauata voce ſeruatus.

PAGINA XVI.

V. ὦ τέκν'] Repone νεκρῶν, & paulo pòſt τῶνδ' pro τῶνδ', etiã ſublata interpunctione poſt τέκνων.

PAGINA XVIII.

V. δίδρ'] Sequor vet. in quibus legitur ἐκκρέμασαι, quum vſus verbi ἐκκρήμνασαι nullum exemplũ reperiam. In ſequente autem verſu reponendũ eſſe μεθῶντ' eſt manifeſtiſſimum.

PAGINA XIX.

V. κόσμος] Pro genitiuo πέπλων in poſteriore loco repone πρέπων.

V. ὅπῃ] In vet. κεῖται. quod & rectiꝰ legitur. Quod autem hîc dicitur de ſenectute, γῆρας βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων, habemus apud Cic. circa initium libelli De ſenectute, Quæ pleriſque ſenibus ſic odioſa eſt vt onus ſe Ætna grauius dicant ſuſtinere.

PAGINA XXIII.

V. μέτα] In vet. μετιῶ, quod malo.

V. μούσαις] A Stobæo additur articulus ταῖς, qui propemodũ neceſſarius eſt, ſicut & cum χάρισι iunxit eſt articulum ταῖς.

V. ἢ ζώην] In vet. εἰ ζώην, vt videlicet εἰ ſit optantis pro Vtinam. At verò apud Stobæum habetur μὴ ζώην μετ' ἀμουσίας. Eundem autem ſenſum efficiunt ζώην μετ' εὐμουσίας, & μὴ ζώην μετ' ἀμουσίας.

V. κελ.] In vet. non tertia perſona κελαδεῖ, ſed prima κελαδῶ.

PAGINA XXIIII.

V. ἐς καιρόν.] In vet. hæc tribuuntur Lyco. ſic autem & in pag. proximè ſequente, iſta πολὺ δῆτα Μεγάρα, itémq; reliqua quæ in vulg. editionibus adſcribuntur Λύσσῃ.

PAGINA XXV.

V. ἰκ.] Repone βάθροις, ex vet.

V. ὕβρεις] Imple verſum, ſcribendo τοὺς ἀμείνονας.

PAGINA XXVII.

V. ξεσταί τ'] In vet. ἑπταπύλου.

Digitized by Google

PAGINA XXIX.

V.ιδ]Hæc quoque Λύκῳ in vet.tribuuntur:& in fine pag.hic verſus οὐχὶ σωφρ'.continuatur ſub Iridis perſona. At proximè ſequens hic, ἥλιον μαρτυρόμεϑα &c.à Lyco profertur, vnà cum ſequentibus, ad illũ vſq; locũ vnde verba chori incipiũt.In verſu autem qui incipit, εἰ δὲ δή μ' &c. reponendum eſſe δεῖ pro δή, controuerſum eſſe non poteſt.

PAGINA XXX.

V.πίνω']Brodæus reponendum putat κτανὼν pro κανών.in qua emendatione rationem eum habuiſſe puto menſuræ verſus duntaxat, quum alioqui καίνω, à quo eſt κανὼν, pro κτείνω accipi ſatis notum ſit.

V.ἰὼ]In vet.ἰὼ ἰδού. At vulgata interpretatio hanc lectionem ignorans,& ἰὼ accipiendum putans pro ἰδὲ(quòd videlicet in certis quibuſdam loquendi generibus ſic accipiatur) vertit, Ecce fit. Sed quoniam rarò occurrunt hæ particulæ ἰὼ ἰδού, vnde fit vt multi earum vſum ignorent, viſum eſt quæ de illis,ſimúlque de ἠνίδε (cuius vocis eadem eſt origo)in meo Græcæ linguæ Theſauro dixi,huc afferre, interim dum eo in lucem edito, lectorem ad eum remittere liceat.Ibi igitur poſtquam de ἰδὲ & ἰδοὺ tractaui,in radice ΕΙ'ΔΩ,ſubiunxi, ET Ἠν ἰδοὺ apud Lucianum initio Anacharſidis. ſed ego tam in hoc loco quàm in cæteris ſcribendum puto ἤν' ἰδού, poſita poſt ἰὼ apoſtrophi nota. nec enim dubito quin eliſum ſit ι aduerbii ἠνὶ, quod ἐκ τοῦ παραλλήλου adiungatur τῷ ἰδού.perinde acſi diceretur ἠνὶ ἰδού. NAM Ηνὶ etiam eſt Ecce. Ariſtophanes, ἠνὶ μεθίεμεν, Ecce te mittim⁹.Theocr.in Amar.Ηνὶ δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω. vbi tamē ſchol.aſpirari ſcribit. AT Ηνίδε idem eſſe quod ἠνὶ, malè annotarunt quidam:quum potius ἠνίδε dicatur

ἐκ τοῦ παραλλήλου, ſicut alterũ illud, iuncto videlicet νὴ cũ ἴδε, vt ibi νὴ cum ἰδού. vnde etiã fortaſſe ſcribẽdum fuerit νὴν ἴδε, vt νὴν ἰδού. In Callim.tamen epigr.lib.3 Anthol.habetur ἰωΐδε, & in aliis exempl.ἰωΐδε,(in nonnullis etiam ἰωὶ ἴδε)hoc in verſu Ἠνίδε κεῖνοί σοι παῖ ἐρέουσιν ἔπος. Hactenus quæ ibi de his particulis annotaui. Nunc autem vt ad Euripidis locum redeam,dico hîc quoque ſcribendum mihi videri nõ ἧν,nec ἦν,ſed νὴν. vt ſit νὴν ἰδοὺ pro νὴ ἰδού.

V.λύσσα] Pro ἀποινόδικοι in vet.ſcriptum eſt ἀπηνόδικοι. quam ego germanam eſſe lectionem perſuaſum habeo. vt ſit ἀπηνόδικοι compoſitum ex ἀπηνὴς(quod crudelem ſignificat) & δίκη. At ἀποινόδικοι exponitur Indemnes:quod Indẽnes rurſus accipiendum dicitur pro Iniuſtæ,Iniquæ. In quibus expoſitionibus haud ſcio vtra maior conſpiciatur imperitia,linguæne Græcæ,an Latinæ.

V.δίκαι]Scio κακοῖς ἐκπετάσουσιν exponi Malis extendẽt, Malis pandent,vel Malis obruent, Malis operient,Malis agitabunt, Malis exponent: ſed ego ſimilem verbi huius vſum, & cum datiuo huiuſmodi ſignificationem habente,deſidero:vt omittam non poſſe illud verbum tot Latinis reſpondere. Sequor igitur vet.cod. in quibus ſcriptum eſt κακοῖς ἐκπαταάσσουσιν.

V.καπάρχεται] Malo plur.num.χορθύματα, vt habent vet.cod.

V.πρὸς αἵματ'] Non διονυσιάδος ſed διονυσιάδας in vet.ſcriptum eſt : quod quum dico , ſimul etiam intelligi volo τὰς ſcribi debere , non τᾶς. vt videlicet ſit τὰς διονυσιάδας λώβας , non τᾶς διονυσιάδος λώβας.At Brod.hanc lectionem ignorans,vertit οὐχὶ τὰς διονυσιάδος &c. Nec largè vobis fuſo vino, quod animum læſerit , ebrii fugitis ô Herculis liberi.

PAGINA XXXI.

V. *ὡς ἐπ'*]Scribendum eſſe *ὡς ἐπ' Ἐγκελάδῳ*, controuerſia caret. id eſt (inquit Brod.) vt olim in bello giganteo Minerua Enceladum deturbauit, tota in eum coniecta Sicilia, vt ſcribit Q. Calaber.

V. *ὦ λευκὰ*] Hæc verba *ὦ λευκὰ γήρα σώματα* in vet. non continuantur ſub perſona chori, ſed tribuuntur *ἀγγέλῳ*, id eſt nũtio. at verò iſta, *ἀνακαλεῖς με τίνα βοάν*, choro adſcribuntur. rurſum verò hæc *ἄλασα τὰν δόμοισι*, cum ſequentibus, vſque ad *πῶς* &c. ſunt *ἀγγέλου*. Quibus omnibus in locis niſi veteres illos codices ſequamur, id eſt niſi ea hui⁹ loci verba iis tribuamus perſonis quibus illi tribuunt, non video quomodo quiſquam ex eo ſe extricare poſſit. Brodæus certè pro ſua ſagacitate mendũ hîc eſſe ſubodoratus eſt, ſed quale eſſet, id verò odorari non potuit. nam pro *ἀνακαλεῖς* reponẽdum putat *ἀνακαλεῖν*. vel dicendum eſſe, chorum affari quempiam eorum, dicentem Qua voce auxilium meum imploras? Deinde *μαίνην* interpretatur Omen, Augurium.

V. *πῶς παισὶ*] Hæc verba choro adſcribere vet. codices, admonui in proximè præcedente annot. Intellige autem vſque ad verſum primum paginæ proximè ſequentis. nam & ibi hæc verba *ἱερῶν* &c. tribuuntur *τῷ ἀγγέλῳ*.

PAGINA XXXII.

V. *εἰς χέρνιβ'*]Pro *βλάψειν* reponi debere *βάψειν* manifeſtum eſt. Deprehenderat certè & Brodæus antea mendum iſtud.

V. *ἔστη σιωπῇ*]Pro *πάρος* reponendum eſſe *πατρὸς*, manifeſtum eſt, aut potius plus quàm manifeſtũ: & tamen obſcurum id fuit autori vulgatæ editionis, quippe qui *καὶ χθονίζοντος πάρος* verterit, Et dũ ſic diutius manet. Hîc autem meminerit lector ſi-

Digitized by Google

milis vel potius eiuſdem mendi commiſſi & in Ione, circa medium paginæ 12, λάθρα πάρος pro λάθρα πατρός. Sed & in alio loco huius poetæ hoc ipſum mendum obſeruaſſe mihi videor. Crediderim autem occaſionem ei præbuiſſe compendiariam notam qua πατρὸς in pleriſque vetuſtis libris ſcribitur.

V. ἐκχεῖτε] In vet. ῥίπτετ'. Dicitur autem tam ῥιπτεῖν quàm ῥίπτειν, ſed hoc frequentius, illud rarius. Vanam autem hanc diſtinctionem eſſe puto, vt ῥίπτειν ſit τὸ ἁπλῶς ἱέναι, at ῥιπτεῖν, τὸ μετὰ σφοδρότητος.

V. περὶ τὰς] Scribendum eſſe λάζυσθαι, non λάζυσθε, minimè controuerſum eſſe poteſt.

V. πάτηρ] Pro θυμιῶ in vet. cod. legitur θυῶ. quod verbum huic loco conuenientiſſimam ſignific. habet, ſed in vulg. lexicis Græcol. prætermiſſum, non item in meo linguæ Græcæ Theſauro. A θύος vel θύον (inquit Euſtath.) fit non ſolùm θυώδης & θυόεν, ſed & verbum θυῶ θυώσω, ex quo & θυώματα apud Herodotum τὰ εὐώδη θυμιάματα. At Brod. quum hanc veterum codicum lectionem ignoraret, (cui aſſenſurum alioqui fuiſſe, perſuaſum habeo) ſuſpicatus eſt reponendum θυμῶ, vt τί θυμῶ ſignificaret Quid in animo habeo, Quid agendum ſtatuo. Sed præterquam quòd non tam accommodatum eſt huic loco iſtud verbum, haud ſcio an alibi vſquam inueniatur.

V. φοίνικι] Pro καὶ τύχαις ἡρμοσμένα, vet. cod. habent καὶ τοίχοις ἡρμοσμένα. At Brodæus pro τύχαις reponendum putauit vel τύχοις, vel τύκοις. & pro τύχοις quidem attulit ex Heſychio, τύχοι, λιθοξοϊκὰ ἐργαλεῖα: at pro τύκοις ex Euſtathio, τύκος, ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν, ὃ καὶ τυκίον λέγεται.

V. στρεπτῷ] In vet. cod. legitur συντελαινιόσω.

V. διπλοῦς] In iiſdem cod. habetur διπλῶς.

PAGINA XXXIII.

V. τόρευμα] Pro hoc τόρευμα iidem cod. habent πόρευμα. At Brod. τόρευμα exponit Sagittam ad tornum politam.

PAGINA XXXIIII.

V. Παλλὰς] Ex vet. codice duæ proferuntur lectiones, pro ἐπὶ λόφῳ κέαρ, videlicet ἐπὶ λόφῳ κέρα, & ὑπὸ λόφῳ κάρα. At Brodæus noſtram illam lectionem retinens, ἐπὶ λόφῳ exponit Ad galeæ criſtam, & κέαρ (tanquam pro ἐπὶ κέαρ) Ad cor Herculis. Cæterùm huius lapidis meminit Pauſanias in Arcadicis, eum σωφρονιστῆρα nominatum fuiſſe tradẽs. ita enim ſcribit, pag. 230 Aldinæ editionis, Θηβαῖοι δὲ καὶ τάδε ἐπιλέγουσιν, ὡς Ἡρακλῆς ὑπὸ τῆς μανίας καὶ Ἀμφιτρύωνα ἔμελλεν ἀποκτιννύναι· πρότερον δὲ ἄρα ὕπνος ἐπέλαβεν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ λίθου τῆς πληγῆς. Ἀθηνᾶν δὲ εἶναι τὴν ἐπαφεῖσαν οἱ τὸν λίθον τοῦτον ὅντινα σωφρονιστῆρα ὀνομάζουσιν.

V. διχορρ.] Pro διχορραγῆς ſcribitur in vet. & διχορραγὴς & διχορραγοῦς: ego illũ nomin. huic genitiuo anteponendum cenſeo.

V. σὺν τῷ γέροντι] In vet. pro στρεβλῶν habetur τρεβλῶν. At Brodæus illud στρεβλῶν poſitum putat Atticè pro στρεβλοῦσα, vt dicatur de Pallade, κ' εἰς ὕπνον καθῆκε, δέμας στρεβλοῦσα, & cætera ſint per parentheſin. At ego Atticè dici poſſe στρεβλῶν pro στρεβλοῦσα, haud facilè crediderim.

PAGINA XXXV.

V. σὺ δὲ] Pro δαῒς ſunt qui reponendum putent ὦ Διὸς παῖ. At Brodæus ὦ δαῒς legens, exponit, O filiorum carnifex Hercules. Quid ſi verò ſcribamus ὦ παῖ, vel etiã ὦ παῖς, vt chorus ſenũ

Herculem vocet filium, vtens compellatione ſenibus vſitata apud natu minores.

V. κλίνεται] In vet. κλίνοντα. Brodæus κλίνεται vertit Proſtratæ iacent.

V. περὶ δέσμα] Repone περίδεσμα coniunctim. Huiuſmodi autem errores habuimus ſæpe antea.

V. ἀμφὶ] Scribēdum eſſe οἴκων, non οἰκεῖν, manifeſtum eſt.

PAGINA XXXVI.

V. τὸν δὲ διαύοντα] Non dubito quin ſuppoſititia & mendoſa ſit hæc lectio, at contrà germana ſit ea quam veteres codices habent, videlicet τὸν ἐνδιαύοντα, vt videlicet ἐνδιαύοντα ſignificet ἐνδιώμενον: ab ἔνδιος videlicet, quod eſt μεσημβρινός.

V. πέρσαι] Huic verſui præfixa eſt chori perſona in vet.

PAGINA XXXVII.

V. κακοῖσιν] Repone οὐ φεύγω, pro ὦ φεύγω, ex vet. codicum autoritate. At Brod. putauit ὦ iungi cum τάλας, hoc modo, φεύγω ὦ τάλας: & hoc ſenſu, O me miſerum, qui in tantis ærumnis etiam mortem fugiam, quam vltrò accerſere me oportebat. Sed non dubium eſt quin οὐ φεύγω ſit germana lectio, quum ſequatur aduerſatiua particula ἀλλά. cum qua, etiam ἄχθομαι, aut aliud huiuſmodi verbum ſubauditur, vt ſit ἀλλ' ἄχθομαι εἰ μενανεῖ &c. alioqui poſt ἐρινύσι addenda non fuiſſet particula copulatiua, vt ἀλλὰ iungeretur cum ἕξει &c, deinde εἰ μενανεῖ, & quæ ſequuntur.

V. πολιὸν] Malo ſcribere τόνδ', vt habent vet. cod. non ignorans alioqui dici etiam poſſe εἰς τόδε πέλαγος κακῶν. erit autem ſcribendo τόνδ', dictum πέλαγος εἰς pro εἰς πέλαγος.

V. οὔπω] Quin hîc ſequi vet. codices oporteat, ha

bentes ἧπου pro οὔπω, minimè mihi dubium eſt, imò verò interrogationem poſt μολὼν, eius ſupereſſe puto veſtigium.

PAGINA XXXVIII.

V. ἀλλ' ὕπ] Pro πτερὸν reponi debere πτερὸν manifeſtum eſt.

V. χἄγωγε] Pro προδῶς in vet. eſt προδούς. at Brodæus putauit reponendum προδῷ. Ex tribus autẽ hiſce lectionibus prima illa προδῶς planè reiicienda eſt, vt mendoſa: quod verò ad reliquas duas attinet, ſenſum eũdem vtraque efficit, ſed tutius eſt eam quæ vet. codicum autoritate nititur, ſequi.

V. ἀκανθ'.] In vet. εἶπεν, οὐ καταστένω. At Brodæus finem huius verſus retinens ita ſcriptum vt eum in typogr. edit. habemus, mutat contrà primam eius vocem, ἀκανθεὼν videlicet, in ἄκαν θεῶν, exponens μάχην θεῶν, id eſt θεομηνίαν. At in vulg. interpr. ita redditur hic verſus, Noxam diuinitus immiſſam (dicite ei) quis deplorare queat? legendo videlicet itidem ἄκαν θεῶν τίς, & includendo parentheſi hæc verba εἴπαθ' οἱ. At ego coniecturæ illi qua ex ἀκανθεὼν fit ἄκαν θεῶν, (quæ tanquã certa lectio in textu Germ. edit. poſterioris repoſita fuit, ſicut & aliæ multæ, de quib⁹ antea) aſſentiri nequeo: ac certè nõ video cur tãtopere ἀκανθεὼν diſplicere debeat. Hoc fateor, verbum εἶπεν alienum mihi videri, quum alioqui οὐ καταστένω optimè conueniat. Denique aliud ἐκ τούτου τοῦ ἀκανθεῶνος effugiũ in præſentia nõ animaduerto, quàm vt ἀκανθεὼν accipiendo metaphoricè, τὶς iungatur cum εἶπεν, vt ſit ἀκανθεὼν οὐ καταστένω, τὶς εἶπεν. perinde acſi diceret, Ego certè dicere poſſum quod olim dixit quidam, ἀκανθεών ἐστιν οὐ καταστένω. Quam tamen expoſitionem ita affero, tanquam extremo in morbo extremum tentans vel potius periclitans remedium.

PAGINA XXXIX.

V.χοῦχ]Repone λισπάδος.Sic apud eundem Euripidem in Androm.λισπάδος ὡς πέτρας.

V.ἤδη ὀρχα] Non ſtabit verſus niſi pro ἐμπρήσας ſcripſeris καπιμπρήσας,vt habent vet.cod.

V.φέρ' αὖ]Miror neminē admonuiſſe imperfectū eſſe hūc verſum.at perficit eū datiuus πέπλοισι, qui in vet.cod.habetur. ſic autem puto intelligendum hunc locū,φέρε περιβάλω αὖ σκότος κρατὶ πέπλοισι,pro διὰ πέπλων.i.Circundem capiti tenebras veſte. pro eo quod eſt Caput veſte obtegam. Sed illa particula αὖ non valde huic loco apta eſſe videtur.

PAGINA XL.

V.ὕστερος]Repone ἀφῖγμαι pro ἀφεῖμαι,ex vet.

PAGINA XLII.

V.ἐπήν.]Pro δράσας ſcriptum eſt δρᾶσαι in vet.

V.οἰκτρὸς]Permutatus eſt in v.edit.ordo horū duorū verſuū,huius inquā & proximè ſequētis:ſimúlque permutatæ ſūt(vt ita dicā)perſonæ.nā hic verſus,ἐγὼ δὲ πάθων &c.præcedere debet,& Theſeo adſcribi:at ille,οἰκτρὸς πάρειμ' &c.ſequi debet,& Herculi tribui. Cōfirmātur aūt hæc & vet.c.teſtimonio.

PAGINA XLIII.

V.ὅπαι] Apud Plut.initio lib.περὶ παίδων ἀγωγῆς, itémq;apud Stobæū habētur hi verſus,& quidē eodē planè quo hìc modo ſcripti. Verùm Plut.eorū autorē nō nominat.

PAGINA XLVI.

V.τὰ συμφ.]In vet.cod.eſt τὰς συμφορὰς, quam lectionē potius ſequor. In meo tamē Theſauro linguæ Gr.quum vtriuſq; cōſtructionis verbi ὑφίσταμαι exēpla protuliſſē,ſubiūxi, Euripidē vno eodémq; in loco vtrāq; huic verbo dediſſe: ſequēs videlicet edit.typographicas, & de altera illa vet.codicū lectione non cogitans.Ibidem ita reddidi hoſce verſus,

Digitized by Google

Nam ſuſtinere aduerſa ſiquis non valet,
Quo tela pacto ſuſtinebit hoſtium? Sed (vt ibi quoq; admonui) aliquod aptius verbũ q̃ Suſtinere, quærẽdũ eſſe videtur, quũ ὑποστῆναι βέλος dicatur q telis ſe offert impauidus, ad differẽtiã eius qui teli metu, hoſtis impetũ nõ ſuſtinet. Cæterùm hoc quoq; ſciendũ eſt, niſi ſequeretur βέλος, nõ autem βέλει, retineri poſſe alterã illã lectionẽ τῆς συμφορᾶς. quũ Thuc. eodẽ verbo cũ eodẽ dat. vſus ſit l. 2, p. 67 meæ edit. χρεὼν καὶ συμφοραῖς ταῖς μεγίσταις ἐθέλειν ὑφίστασθαι, καὶ τὴν ἀξίωσιν μὴ ἀφανίζειν. At verò apud Stobæũ habetur quidẽ accuſ. ſed ἐπίσταται, quod planè reiicio.

V. τὴν σὴν] In vet. ἔξω, quod malo, vt & εἶμι ſignif. futuri habeat, quæ illi eſt frequentiſſima. ſic autem & ἐγκαρτερήσω in futuro dictum eſt.

PAGINA XLVIII.

V. οὕτως] In vet. cod. verſus hic οὕτως πόνων &c. tribuitur Theſeo: itidẽ verò & tres ſequẽtes, & primũ verbũ quarti Theſeo adſcribuntur. tres inquã illi qui in typographicis editionibus Amphitryoni: hi videlicet, Ἐσόψεται &c. Ἄγαν γ' ὁ κλ. &c. Ὡς εἰς τὸ &c. itidemque hoc verbũ quarti verſus Πρόσβαινε. Quartũ autẽ verſum appello, reſpiciens ad ordinẽ eorum quos vulg. editiones Amphitryoni tribuunt.

PAGINA XLIX.

V. στείχωμεν.] In vet. στείχωμεν. quã lectionẽ ſequẽdã puto, præſertim quũ videã ἱκέτιδας itidem hoc verbo στείχωμεν claudi, Στείχωμεν Ἄδραστ᾽, ὅρκια δῶμεν &c. Sic autẽ Bacchas & Helenẽ nõ eodẽ verbo tantùm ſed quinque verſibus iiſdẽ clauſit, Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, Πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί &c. Plutarch. autem (vt & hoc obiter dicam) primo illi verſui prouerbialem quendam vſum dare videtur, cum propoſito ſuo accommodans, non citato autoris nomine.

FINIS.

99 951011

Digitized by Google